



Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

Normas de uso


Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>



F.VIII.212

*Manuscripta Catalogo-Bibliothecae
Graecae Comptabularii Imperialis*

F.VIII.
212.

N
Národní knihovna ČR
Historické fondy

F VIII 212

Národní knihovna



1003613010

JOH. REINH. HEDINGER

PROFESSORIS

G I S S E N I,

CONSPECTUS

NATURA-

LIS JURIS.

PRUDENTIÆ

UNIVERSALIS,

Quo

prima hujus disciplinæ princi-
pia brevi compendio

exhibentur.

accessit

APPENDIX

De terminis Ethicis.

U L M Æ,

Sumptibus GEORGII WILHELMI Rühnen/

Typis ELIÆ Rühnen/ 1 6 9 7.

LECTISSIMÆ ICTORUM
TRIGÆ,
Facultatis suæ Ornamento incomparabili.

VIRIS
*Nobilissimis, Amplissimis, Excel-
lentissimis,*

DN. FRIDERICO NITZCHIO,
Phil. & U. I. D. Consiliario Hassiaco, Comiti-
que Palatino Cæsareo.

DN. JOH. NICOLAO HERTIO,
J. U. D. & Academiae Ludovicianae Syndico.

DN. BERNH. LUDOVICO MOL-
LENBECIO, J. U. D. Comiti Pal.
Cæsareo.

Juris Professoribus Publicis Ordinariis,

Undiquaque Spectatissimis, Gravissimis,
Famigeratissimis,

*Dominis atque Collegis suis maxime
devenerandis,*

S. D. P.

HEDINGERUS.



DEDICATIO.



Non elegantiae sed argumenti fiducia ad Vos accedit hic libellus, quem ut Tyronum commodis subvenirem, non ita pridem literis consignavi. Nihil affert doctrinae Vestrae & acumine dignum, nec ut fieri debebat, severa cogitatione limatum. Publicis enim dissertationibus ventilare rudius dicta decreveram, sed quae temporum nostrorum calamitas & Academiae solitudo erat, vix dabantur

DEDICATIO.

in Philosophia, qui de tali studio bene mereri cuperent.

Vestra tamen fit autoritate & famâ, quæ veterem hujus Academiæ gloriam præcipuè tuetur, ut passim ad hoc literarum Emporium confluant, quotquot eximiam in Fure Romano Eruditionem sectantur. Nec id casui, sed merito unice Vestro tribuendum est, qui Charitum instar terno vinculo junctissimi, luculenta Themidi sacra facitis, & sero celebranda nepoti.

Quemadmodum verò diffusâ Furis Universi Scientia, labore, ingenio, palmam aliis dubiam

X 3 red.

DEDICATIO.

reddidisse, nisi præripuisse videmini, quos vel annales commemorant, vel hodierna miratur ætas : Ita hoc Vobis singulare prorsus est, quod abstrusiora Furis Naturalis viscera tanto Judio scrupulati sitis, ut quotiescunq̄ cum Scripta Vestra, tum Sermones hac de re percipiam, nihil mihi unquam jucundius & nervosius obtigisse arbitrer. Eam ob causam sæpius mihi gratulor, quod ejusmodi Provinciam ferente fato, nactus sim, quæ Vestræ Facultati spectatissimæ velut umbra indivulsim adhereret. Idque commodissimum mihi imprimis evenire solet, quod
 à ve-

DEDICATIO.

à vestro Lumine fulgidissimum
 nitorem hæc Philosophiæ, quam
 tracto, pars accipiat, plurimique
 Vestræ Eruditionis laudabili Ex-
 emplo ad explorandos furis conge-
 niti fontes animentur. Unde
 & libelli hujus Occasio & for-
 tuna ad Vos unice refertur, cujus
 autorem incredibili hætenus,
 quodque rarius hodienum evenit,
 infucato amoris affectu complexi
 estis. Patimini quæso, FAV-
 TORES & COLLEGÆ opti-
 mi, ut hoc levidensi, votoque &
 meo & Vestro maxime impari te-
 stimonio, quantum Vobis devinci-
 ar, ostendam. Amici non Vo-

DEDICATIO.

*luntatem ex opere, sed opus ex
Voluntate metiuntur, cujus ut ma-
jorem in posterum fidem faciam,
nisi Vestra in me benignitas, Me-
us tamen Vos promerendi ardor ef-
flagitabit. DEUS arduo mu-
neri Vestro clementer assistat, la-
boribus immortale nomen paritu-
ris diu Vos sospites salvosq̄
superesse jubeat.
Valete.*



PRÆ-



PRÆFATIO AD LECTOREM.

PAUCIS Te volo, ut causas instituti præsentis Tibi aperiam. Conspectum habes Universalẽ *Jurisprudentiæ Naturalis*; quem libellum non eo animo conscripsi, quod crederem, literatos, post *nonaginta novem* Commentarios, *centesimo* hoc indigere. Malo enim fato literarum accidit, quod infeliciter nonnulli intractandis Naturæ Juribus famam aucupentur. Sed *discentium commodo*, meæque Provincie, quam exornare pro virili injunctum est, subvenire constitueram, quod felicissime omnium fieri posse arbitratus sum, si quæ *dispersa* jacent, brevi thesium complexu, *memorie* causa include-

PRÆFATIO.

rem. *Plurimos*, ut HUGONEM GROTIUM sibi comparent pretium absterret, quod *Commentariorum* necessitas adauget. *Alios*, quæ ad Theologiæ sacraria animum adpulerunt, argumenti pensitatio abjicere hoc studium persuasit, velut à scopo suo nimis alienum. Quandoquidem ex *aviso* patet, *Duum*-*viros* hac in parte celebres, *Grotium* & *Pufendorsum*, suo singulos consilio obsecutos esse, quod minus cum Theologia commercii habere, haud ægrè perspicitur. *Magnus Grotius*, primo libro, multum circa Jus Regum & Civitatis occupatur, secundo fere Civilia tractat & ea quæ potissimum in Jure Publico univèrsali usum habent, tertio RIGIDUM belli Jus, cum *temperamento* exponit: Qui *universalia* desiderat, plusquam aurea se invenire legendo quidem profitebitur, quæ tamen variis disseminata locis, difficulter in disciplinæ formam rediguntur. Illust. *Pufendorfus* initium *Moralibus* impendit, quæ ad

Etibi

PRÆFATIO.

Ethicam relegare consultius foret, ultimum vero explicandis Reipublicæ ESSENTIALIBUS infumuntur. *Quid hoc ad Theologum?* Enim vero diffiteri non possum, quod dudum existimârim, *Jurisprudentiæ Naturalis* scrutinium æque *Theologis* ac *JurisConsultis* deberi. Quis enim nescit *Decalogi* radices in naturæ hortulis offendi, totidem casus in *Scriptura* occurrentes, non nisi ad hoc *tribunal* solidam habere decisionem. *Optandum* propterea foret, ut ad *genuinos fontes* omnia revocarentur, tali quidem *methodo*, quæ ut disciplinæ *universales* solent, omnibus, ad quodcunque demum vitæ genus & studiorum pertineant, usus non spernendos præstare posset: Abstinentum verò esset, *prolixitatis* & confusionis evitandæ gratia, ab iis, quæ *segreges disciplinas* propius contingunt. v. gr. in *Jurisprudentia N.* explicandum non est, quid *Actus Morales*, quæ ejus *Principia*, multominus quæ sint hominum in Civitate domoque vi-

PRÆFATIO.

ventium officia, quæ Iudicis, Regis, Consiliarum &c. Hæc enim ad *Ethicam* bene conformatam pertinent. Nec hic speciali nimis instituto, quod Grotius libro primo fecit, de Juribus Civitatis, multominus de *formis* differendum est. ILLA enim ad *Ius Publicum Universale*, HÆC ad *Politicam* pertinent: Potius ad *Metaphysicæ* genium [parcite nomini hodiernum exoso, *Contemplationem Naturalem* intelligo, *summarumque* in natura *Veritatum* investigationem, non vero barbari Monachismi otiosas quisquillas] componenda erit *Jurisprudentia Naturalis*. Veluti enim illa universalissimas *Veritatum* speculativarum *origines & exordia* pandit, specialioribus conclusis ad *Physicam* INDE, HINC *Pneumatologiam* relegatis. Pariter discriminandis veritatibus apprime conduceret, si *Jurisprudentia* N. ALTISSIMA *Recti Justique principia* indagaret; *Conclusiones* vero relinqueret speciales *Juri publico Universali, Politicæ,*
Occo-

PRÆFATIO.

Oeconomie ut & *Ethica speciali*, quæ de officiis in *Domo* & *Civitate* singularius doceret. Dico *Ethica speciali*. Nam *Generalis* explicare deberet terminos, quid *Lex*, *Conscientia*, *Actio Moralis*, *virtus*. Quemadmodum *Logica sum- mularis* *Metaphysicæ* viam sternit expli- cando, quid *Genus*, *Species*, *Substantia*, *Accidens*, *propositio*; Postea in summas veritatum origines inquiritur, nactusque inde materiam *Logicus peculiariter* de- mum discursus suos instruit, *quomodo* *Methodum* ordinare & ad exploratio- nem sepulti veri *ipso usu* adplicare jucun- dum sit & utile. ITA pars *Ethica In- strumentalis* terminos *Jurisprudentiæ* *Naturali* suppeditaret, altera *Conclusio- nes speciales* deduceret. *Sed quo dilabor.* Ne tibi gravis sim, *Lector*, hoc tantum Te ignorare nollem, quod exiguis hisce pagellis præter *Theses* nil Tibi exhibea- tur. Nec ad minutias & *propinquiora* *Juri Civili*, vel *Theologiæ* Capita descen- do, nisi forsan quæ *Grotius* & *Pufendor-*

sius

PRÆFATIO,

suus obiter suggessere. Id vero ago, ut breviter & quasi in *teraso* verba colligam; *Collegiis* enim habendis hoc quicquid est, ex *officio* destinavi. Unde quæ obscuriora forte sunt, excusationem apud Te merentur, lumen vero sufficiens, *subsecutura explanatione* accipient. Si quid Tibi *contra veritatem* aut *methodi concinnitatem* scriptum dictumve videtur, cogita me *aliud agentem* ad scriptionem provolasse, quam si doctioribus displicere sensero, de iis non despero, qui *primam* sibi in hac arte JANUAM aperiri gestiunt; quod ut *feliciter* cederet, in duas partes digessi libellum, quarum PRIMA VII. *Quæstiones præliminares* contineret, ALTERA sub *Actiõnum Methodica digestionem*, omnem fere Juris N. materiam. *Utriusque Schema* universali *Tabella* Tibi exhibetur. Vale in Domino & hæc boni consule.

TABU-

TABULA PRIMA

AD


Protheoriam sive PARTEM I. pertinens.

JUS NATURÆ
consideratur.



TABULA SECUNDA
AD SECUNDAM PARTEM.

Exhibens Materiam Juris Naturæ





PARS PRIMA

PROTHEORIAM

absolvens.

Quæstio I.

Quid est Jus Naturæ?

I.

JUS *variè* sumitur. Vel pro eo, quod naturæ hominis *sociali* non repugnat; Vel pro lege, vel pro facultate, vel pro a^gia, vel pro eo quod impune fit & licet, vel pro actu honesto legique conformi.

Hæc si confundas, *obscuritatem* pariunt, distinguendis conceptibus vehementer nocituram; *Prima* acceptio strictæ nomenclationi Juris N. propius accedit. Vide de reliquis *Grotium* Lib. 6. 1. §. 3. seq.

A

2. DE-

2. **DEFINIRI** potest, quod sit *Qualitas moralis*, qua res vel actus congruit naturæ hominis, ratione sana rectaque utentis: Alius *brevissimè* definirer, Jus est quod **LICET**. Jus Naturæ, quod Licet per Naturam.

Conceptus *latisor* **QUALITAS MORALIS.**

Positivo enim Juri competit. Sed **STRICTI** Juris N. *definitionem* intellige. Aliud enim *Lex natura* est, quæ tales actus ea qualitate imbutas præcipit; Aliud **FACULTAS** aliquid agendi. Hæc enim supponit *Jus* vel *includat*; Aliud actus legiformis *Datur* enim moralitas *non-legalis*. Eapropter additur, *Convenientia* cum natura hominis *λογικῆ*, quæ ut talis indolem *Legis* non habet.

3. **DARI** ejusmodi *Jus*, constat ex *natura hominis*, quam vivere *ex legem*, brutisque *motibus* ferri, absonum.

Ratio est, quia *λογικῶν animal* finem *societatis* spectat, qui citra *Juris* observationem non obtinetur. Propterea vapulat *Carnædis* opinio, quæ *sola Utilitate* Jura omnia metitur. Propria singulorum utilitas confusionem parit, nisi *uniformis* quodam & *público fine* coerceatur.

4. A RATIONE pendet *Jus Natu-
ra* necessario nexu, velut alia à *voluntate*.

Expositum innuo & à præjudiciis *liberatum*
Rationem. Hæc enim *Morum Juris* quoque
magistra est, non quæ *præjudicis* errorum
& cætro *passionum* transversim rapitur. Eâ
ex causa *brutorum conditio* nullum Jus fun-
dare potest, quod ratione destituantur.
Quod à voluntate; reliqua Dei hominum-
que Jura pendeant, *liquet*, cum vim bone-
statis æternam à Jure N. accersant, quæ-
dam Leges & actus, reliqua *mutationem*
patiantur.

5. Vocatur Jus Gentium.

Nota (a) Male à se invicem *Jus N. & Gentium*
velut *specie diversa* avelli, quid enim Jus
N. quam illud Gentium, sine mandato su-
perioris civilis observatum. (b) Jus Gen-
tium à J. N. differre accidentaliter, PAR-
TİM, quia inter *Gentes* datur, populos,
non inter *singulos*; PARTİM, quia Jure
G. constitutiones *ritusque arbitrarie* veni-
unt, quibus *diçtata naturalia* vestiuntur; v.
g. *Oliva*, signum pacis; PARTİM, quia
Juris G. titulo veniunt, quæ tamen Juris N.
non sunt; v. gr. *Jus Civile plurimum gentium*,
Jus Gentium vocatur, quod tamen in ar-
bitrio potius ac necessitate Juris funda-
mentum habet. (γ) Jus Gentium pro
Morsibus quoque sumitur inter ipsas intro-
ductis,

Quaestio 1.

4
ductis, quae tamen *Legis* propriè dictae in-
dolem non habent, nec etiam insignem
quandam utilitatem concernunt. Unde
qui peccat contra illos mores, *Morosus*
magis & *absurdus* dicitur, quam Jura & ho-
nestum violasse.

6. Nec confundi debet cum *motu* & *appetitu naturali*.

Natura in *quibus* appellatur; v. gr. *Proci* prospice-
re, *Vitam* repentinis periculo obiectam tueri,
adversum trepidantibus oculis ictum excipere,
&c. *Natura* etiam *bestias* docet, sed præ-
ter *rationem* & *Juris* usum. Unde definitio
Ulpiani ff. l. 1. tit. 1. §. 3. *Jus N.* est, quod
natura omnia animalia docuit, dudum
tenues evasit in auras. Quo refer *matrimo-
nium*, quatenus est *Veneris* inter dispares
sexus coalitio, ibidem.

7. Nec cum *equitate*.

Aequum enim est multa fieri, quae tamen *Ju-
ris stricti* non sunt; v. gr. *Gratiae* pro be-
neficio accepto. Ceteroquin *modo* pro
arbitrio *Judicis* de æquo & bono, *modo*
pro relaxatione *summi Juris* per interpre-
tationem; *modo* pro *acta* sumitur.

8. Nec cum *Lege*.

Jus enim *naturae vim* habet, præcisa *superio-
ris* cogitatione, etsi *majorem*, si *metus Le-
gislatoris* & *auctoritas* accedat. Dictum

jam

jatum est, Jus nasci ex convenientia actus cum ratione, quam reverenter habet etiam illud hominum profligatum genus, quod DEUM negat.

9. VIS parendi, s. obligatio propriè dicta à Superiore oritur, qui legem dedit.

Hoc est ab EO, qui naturam hominis ita finxit, ut certos actus horreret, quosdam prosequeretur, veluti se dignos & morti congruos. De Obligatione PROPRIA loquor, quæ interius Legis. Impropriam Ponderis adpello agentis moralis versus honesta & pudorem ob turpes actus. Velut enim cibos sine lege stomachus sive amat sive averſatur, ita Ratio actus.

10. Eaque est indispensabilis.

Velut enim contradictoria simul verificari non possunt, repugnante legi, ita nec actus morales, qui intrinsece ab intellectu pendent, quippe contradictionem involvunt, v. gr. DEUM esse, & odio haberi; injuriam convenire Legi, &c.

11. Nec tamen Lex N. coincidit cum Decalogo, prout nunc est νόμος & πνευμαλικός.

Differunt enim natura, ut Caro & Spiritus. Objecti latitudine Decalogus concupiscentiam prohibet, Lex Naturæ ignorat esse peccatum, tale saltem, quod naturam & societatem

ratem hominum evertat. *Subiecto*, ALIUD homo *naturalis*, ALIUD sub gratia præveniente & operante constitutus. *Effectus*, Luminis & Contritionis.

12. Multo minus affinitatem habet cum Jure Divino positivo-Universali.

Dari Jus Positivum universale, constat non tam ex præceptis Ecclesie, sed etiam exemplis, quæ honesti speciem in opinione hominum à primis usque seculis retinuerunt, inque præceptorum numero habitasse, licet in proclivi non sit, manifestam ex Jure N. atque vim obligandi ostendit. Quod propterea aliter fieri non potuit, nisi per *transgredendum*, qua mediante præceptum DEI ad gentes *amovètur* ab Ecclesia extorres effluxit, & vim auctoritatis illibatam, *curante Providentia*, servavit. At quod ratio dari ex Naturali Jure nequeat prohibitionis aut præcepti, eo ipso patet *ex ipsa* obligationem à *positiva voluntate* accersendam esse.

13. CHARACTER, ex quo cognoscitur Jus N. seu lapis Lydius, ad quem actiones hujus generis probantur, est *Convenientia cum Ratione SOCIALI*.

Quamquam *l^o Socialis* non absolvat formam Juris, proditur tamen hoc signo, ut firmiter


ter

ter concludere liceat: Hic actus evertit
Societatem; E. naturaliter est prohibitus.

14. Consideratio Juris N. infinitis u-
sibus se commendat; nec poenitebit ul-
lum, qui *homo sit*, posse in hoc foro,
QUID JURIS.

Quandoquidem Juri Civili non solum fun-
damentum subternit, sed ipsi *vita humana.*
Huic enim Disciplinae potissimum debe-
tur, ut è brutis *hominis* fiamus, discamus-
que quod, qui vitiis inquinantur, bruto-
rum sortem *vel in vitiis* subeant.

*Ut propterea dubitandum non
sit, ipsi Theologiae, Morali & Ca-
suali maximum in modum nobili
hocce studio consuli, quod haecenus
ingenti cum veritatis jactura ne-
glectum fuisse, omnino do-
lendum est.*



Quaestio II.

Quae sunt Principia Juris Naturae.

I.
PRINCIPIA pono, ut & *causae* inclu-
 derentur, quas quatuor esse Scholæ
 docent. Ex parte CAUSÆ EFFICI-
 ENTIS se habent principia. *Physica* &
Moralia. In illis *remota Causa* DEUS,
proxima Mens hominis FACULTATI-
 BUS SUI instructa.

2. DEUS Autor est *creando socialem*
naturam, dictaminumque non *capacem*
 tantum, sed & *feracem*; Et *præcipiendo*,
 quatenus præcipere præsumitur, qui na-
 turam Legis *necessariò* patientem con-
 didit.

Non minus id factum imprimendo Sancti-
 tatis suæ radium vivacem, ut nulla opera
 ex PERSPECTIS TERMINIS intelligat
 homo, *officium* sibi non omittendum in-
 cumbere, aliquid LICERE, vel *scire*.

3. MENS

3. MENS concurrit *intellectu & voluntate*. ILLO, quatenus ratione colustratus convenientiam actuum explorare novit & experiri. HAC vero, dum *ἡ ἐξουσία*, *veritatem quasi spiritum imprimat* Morali actioni.

Nemo nescit ad actus Morales & humanos id, quo homines sumus requiri. Exerit se *sum* inquirendo, discurrendo, consultando, cum eligendo & determinando, quæ ad Juris N. circumferentiam pertinere, posito diligenter calculo, videntur.

4. *Moralia* principia sunt VEL eadem facultates, non tam naturali efficacia, quam *moralis* influentes, VEL certæ veritatis deducendæ initia. ILLA, Effendi. HÆC, Cognoscendi vocares.

Ἡ ἀπορροή est, sic principia distingui in rebus, ad contemplationem pertinentibus.

5. FACULTATES in sphaera *moralis activitatis* consideratæ, QUÆ intellectum! Legem inscriptam, QUÆ voluntatem, *Conscientiæ pondus* secum, ferunt.

Ὁβσέρβα (α) firmiter statui, *Rationis influere*

moraliter, procreando actus morales, et si legis veneratio abesse concipiatur. Dantur itaque *Moralia PER SE*, quæ voluntatem *legislativam præcurrunt*, fatente *Crotio*. (β) *Impossibile duci*, quia Ratio agat, nec agat *moraliter*. (γ) *Voluntatem* sponte sequi ducentem intellectum, sed *pulsam* illi vehementem digito divino imprimi posse, quem *Rationis* ut tali acceptam non ferat.

6. Legem inscriptam dari, legimus Rom. II. 14.

Quid sit, *difficiliter* explicatur, nec tamen necessitas nobis imponitur, ut ad *Metaphoras* confugiamus. *Quis concipit fidem in Embryone actualem?* *fæmter* tamen hoc creditur ab *Ecclesiis*. DICO, est certa mentis nostra per impressionem conformatio, ut quæprimum ratiocinati reflexam didicerint, *iudicium de certis Veritatibus immobile & perspicuum* formet. Frustra ad habitum hic recurritur. Lex tabulis affixa, actu *Lex est*, quamvis à nemine vel raro legatur. Sic extat *littera Legis* in mente, et si per reflexionem mentis non legatur.

7. PONDUS à Conscientia oritur, quo se *urgere voluntas* per sentiscit.

Scio *Lites Moralistarum*, ad quam facultatem pertineat *Conscientia*? quas hic non moror. Scio *dichæmen esse* de rebus agendis, cui
acce-

accedere solet metus ex *sanctione pœnalis*. Sed in voluntate plus esse, quod non timorem solum, sed & aversionem facinoris & pudorem pariat, adeoque non meram *liberum* intellectus per *liquidas conclusiones*; Id inde colligitur, quod aliis quoque delictis severam DEI *Nemesis* imminere non ignoremus, *nihilominus* tanta illis à voluntate nostra *execratio* non adhæsit, quanta *naturaliter turpibus* delictis. Quod indicio est, latere tacitam *semper* in voluntate divinitus impressam, ut vel ad *cogitationem* ejusmodi facinoris contremiscat. Esto quod *Atheista* & facinorosi hunc sensum penitus concoxerint.

8. Principia **COGNOSCENDI** sunt, ex quibus evidenter positis, per necessariam atque legitimam consequentiam, universa Naturæ Jura deducuntur.

Nulla datur *arbitraria*, nisi *ex certo principio*, unde *filium discursus*. Illudque principium veritas adpellari debet, quæ vel *postulata* & *concessa* est, vel *prorsus liquida* & *evidens*. *Primum* voco, quia *supponitur* aliunde, tanquam *proposita* vel *prorsus irrefragabilis* & *manifesta*, vel saltem *concessa veritatis*. Quæ quod *Prima* est, adeoque *catholica Mater*, conclusionum inde nascentium, **PRINCIPIUM** salutatur idque **COG-**

COGNOSCENDI. Quod non procreet rem, sed *veritatem & veritatis cognitionem.*

9. *Principia Cognoscendi* variare possunt juxta cujuslibet methodum, modo *δοξολογίας* necessarium vinculum cum *evidentia* salvetur.

Sicut *ἀδύνατος* ex falsa hypothesis, sed concessa officii sui commoneri potest. Id quod *οἰσιν* & forte in Barbaros saepius accidit. Hic de disciplinis loquimur, quae *solidis hypothesis* insistant *æternæ veritatis.*

10. *Vulgatum principium catholicum* omnium conclusionum J. N. circumfer-
tur **SOCIALITAS.**

Socialitas est instinctus ille necessarius, quo ad colendam Societatem ratione SUADENTE, necessitate urgente, homo impellitur. Eumque nemo nisi insanus diffitebitur. Verum insignis in hoc principio natus deprehenditur, quod officia erga homines directe, erga se & DEUM indirecte tantum ostendat, liquides tamen argumentorum deductionibus.

II. Quod cum *prima lege* confundi non debet.

Principium est Socialitas, quod talem naturam acceperit homo, quæ subsistere diu nec sine summa miseria haut possit, nisi accesserit
alio-

alienum consortium. Quæ variis discursibus excolitur, *Inde Lex nascitur:* COLE, quantum in te est, SOCIETATEM. Hæc PRIMA Lex est, quod inde reliqua Juris Nat. imperata per consequentiam pendent.

12. Cuilibet Philosopho integrum est invenire principium UNIVERSALE, nec una sententia alteri præferri debet, nisi ob evidentiam majorem & brevitatem.

Do rationem, quia ex *utroque* omnes scopum suum attingunt, officii jurisq; demonstrationem, unus vero brevius, alter alarius & minus impedit.

13. Convenientissimum hætenus videtur TRIA principia statuere. Directò quicquid est Juris inferentia, videlicet, AMOREM DEI, CUSTODIAM SUI & SOCIALITATEM.

AMOREM DEI infert *utroque* aliunde manifesta, quod DEUS sit summum bonum. CUSTODIA Sui à natura singulis nobis commendatur, ut *πεποιθὸς φύσις* congenitum. De SOCIALITATE constat aperta veritas. Hinc leges: COLE DEUM, SERVA TE IPSUM, qua animam & corpus, & TUERE PACATAM SOCIETATEM

TATEM. Ex tribus hisce fontibus, quicquid est officii, commode derivatur.

Usus in Theologia est manifestus. Ei enim incumbit præ aliis de Lege inscripta, de Conscientiæ stimulis & dictaminibus, officiis Decalogi κατὰ λόγον ex Naturali Jure derivandis solidas instruere dissertationes.

Quæstio III.

Quæ divisio, & qui sunt effectus formales Juris N.

I.

Primaria divisio est Juris N. in *Absolutum & Hypotheticum.*

Divisiones ad Formam pertinent, de qua questione I. sub titulo Essentiæ. Jam de reliquis ad formam dissonem spectantibus: qui metho-

methodo & ordine causarum obsequi mallet, prius de *subiecto*, postea *sine*, *efficiente*, *materia*, *forma* egisset. Sic *curvis sua Helena placet*.

2. ABSOLUTUM est, quod *universim* citra STATUS considerationem, nec *intervenientibus liberis actibus* exeritur.

V. gr. Neminem lædito: Cuius hominum statui, cuius tempori, locoque competit; Et ne hoc fiat, in causa non est, actus quidem interveniens, ut in Hypothetico fieri amat, v. gr. *ne furtum committas, intercedere debuit constitutio Domini*.

3. HYPOTHETICUM adpello, quod non *universim*, sed vel pro certo statu, vel *interveniente actu* quodam vigere solet.

Hæc explicationem merentur. (a) Suppono varios *status* dari, in quibus homines versantur, vid. quæst. V. de *Subiecto* (b) pro diversitate *status* Jura quædam evigilant & *quasi nascuntur*, quorum æterna aliàs durasset oblivio; e. gr. Si mansisset status integritatis, nihil de divisione bonorum & conseq. furto, adulterio, &c. innotuisset. Scilicet, ut verbo dicam, *multas conclusiones ex primis & secundis principiis eliciendi defuisset*

fuisse occasio. Sic in statu Civitatis *Majestati* parendum, Juris N. præceptum est, non quod absolute id injungatur, sed ex *Hypothesi*, quod jactura libertatis naturalis securitatem, aliâ dubiam futuram, redimere voluerim. Et sic de reliquis. (γ) Sciendum vero, quid *υπερθεσις* hoc loco sibi velit, nempe intelligimus, *omne interjacenti* **CONDITIONIS** instar, qua sine ex principio conclusionem hanc vel illam eliciendi nulla fuisset **CAUSA & OCCASIO**. Hæc interjacentia sunt, hominis per peccatum *primævium corruptio*, bonorum *divisio*, status naturalis in illum *Civitatis & familia mutatio*. Quo pertinent **CONSILIA** executionem Juris Nat. juvantia, libera quondam, sed cum semel *generali assensu* recepta sint, *jus fundant novum*, v. gr. *vexillum album colloqui signum*, quo ab uti in eadem hostis creduli nefarium.

4. Dividere nonnulli solent in jus *primarium & secundarium*. **ILLUD** explicant *Vetustiores* per *πρωτα της φύσεως*. Hoc per *conclusiones practicas*. Satis inepte. Alii melius, *αμφιβολως* tamen, ad nostrum sensum.

Ajo inepte. Nam *πρωτα της φύσεως*, effectusque inde provenientes, v. g. generare sobolem, *Actus sunt natura*, qui *morales* non sunt, nisi con-

consideratione finis atque agentis moralis. Nec dicere juvat: **JUS** est hos actus parare, ut, qui impediatur, jus violet. Etenim injuria fundatur partim in neglecto Socialitatis officio impediens, partim in violato jure meo, ne socialiter vivens, ab alio damnum accipere possim. Ergo jus **N.** impediendi minime fundatur in *generandi*, quæ utriusque impediendi potest, sed in *privilegio Socialitatis*. Melius dicam, Carentia Juris in alio. Quamprimum enim actio nostra alieno Jure non impediendi concipitur, remanet facultas **Physica** sola & expedienda pro **Lubitu**.

5. *Distinctio in Primum & Ortum explicari debet, ob erroris periculum.*

Ajunt. **PRIMUM** esse, quod absque ulla restrictione semper viguit, nec exemplum paritur in contrarium; v. gr. *Non furaberis. Non occides.* **ORTUM**, quod certis circumstantiis peccatum non erat, postea autem fieri; v. gr. *Matrimonium sororis*, necessarium erat tempore Adami ob multiplicationis necessitatem; qua expirante, flagitium fiebat, quod virtus erat. Quæ dicta obscuritatis vitio laborant, & *aplo-*
oclas. Nec enim furari inter prima pertinet; supponit enim *divisionem bonorum*. Et quod semel vitium fuit, **Juri N.** adversum, *tota aeternitate* erit. Hinc aliter instituenda amphora, videtis quæ de *matri-*

monio loquemur. Patimur distinctionem, si cum nostra coincidat.

6. EFFECTUS FORMALIS Juris N. est *Honestas, facultas, aetia, licentia.* Non omnia semper conveniunt. Id enim pendet à *materia actus.*

7. HONESTAS *dupliciter* consideratur, VEL in ordine ad *rationem*, VEL ad *legem*. ILLA, laudabilitatem exprimit. Haec *iniquitas*. Turpitude vice versa.

Jam dictum, Ratio *imperat, suadet*; Si fiat actus, *plaudat ratio, gaudet*: sin secus, *contrastatur, pudore suffunditur*. Hoc *honestum naturale* vocamus. ALTERUM Legale, quatenus ratio nostra interpretem agit Summi Legislatoris, ejusque dictamen *obligationem à Superiore* involvit. Utrumque vero in homine est connexum, cujus animo DEI noticia altissime infigitur.

8. HONESTA extra legis obligationem, VEL naturali *inclinatione*, VEL *consilio* rationis in ordine ad finem agnoscuntur.

Thesis haec magno gaudet ambitu. *Tria verba!* Actiones hominis morales destinantur *ad finem*, cui acquirendo *actus parantur*

rantur *honesti*. ILLE est societas tranquilla, (loquor ex vulgata hypothefi:) HI virtutes actusque laudabiles, qui si *necessariam & inevitabilem* cum fine dicant *connexionem*, Imperium & Lex est. Si quod *molius*, CONSILIUM est, nec semper *legis naturam* tale dictamen rationis induit. CONNEXIO autem illa mensuratur ex everfione finis illius VEL omnimoda, VEL aliquali. Dixi *Naturali inelinatione*, scil. quæ est in Ratione, quæ vera & congrua sibi quoad praxin *speculatur*, *prosequitur*. *Semina virtutum* dixerunt Veteres: *Amorem virtutis*, apud nescios, cur ament. *Consilium* ex contemplatione finis obtinendi resultat, v. gr. *Jus in hostem*, infinite prosequendum non est, sed *tentanda pacis media*. Si prosequeris, *Jure*, si condonas, *laudabiliter facis*.

9. FACULTAS potestatem indigat *Jure sultam* aliquid habendi vel agendi.

1. Ad habere pertinet, quæ natura nobis indulfit & fortuna. *Valerudo, pudicitia, opes*, quæ ut nobis eripiantur, nemini *Jus*, nobis retinendi facultas est. Sed & 2. AGENDI partim *occupando*, partim quæ neminis, *vindicando*, & *tuendo* quæ nostra sunt. Quo pertinet liberum functionum naturæ exercitium. Quibus sine *Jus* nostrum habendi integrum non esset. Sic

facultas nobis est integra, generandi, vitam salvandi, &c.

10. *Actio* est ex dotibus personæ rei vel actionis dignitas, cui nihil ex Jure rigido, æquitate tamen debeatur.

Jus rigidum ἀσθενεστικόν. Passum & contra passum. Jus expletorium ἐπιπληρικόν habens.

II. Licentia vel *Jus* dicit, [absentiam impediendi:] vel solam *impunitatem*.

Hic licet, quod sive agas, sive omittas, justum est. *Impunitas* non datur inter pares, quia nec *Superior*, qui punire possit. Alias multa non puniuntur convenientiâ, quæ tamen ab *honestate* & *æquitate* recedunt. De his, quæ licent ἀπειθῆς Grotius. Quæ inquit, Jure N. licent tantum, ejus sunt generis, quæ proprie Juris N. non sunt, sed extra illud, veterique possunt & præcipi.

Quæstio hæc egregium usum habet in Theologia, ubi casus & exempla in Scriptura occurrunt, quæ si resolvi debeant, lucem inde maximam accipiunt; v. gr. de
com-

communione & divisione bonorum. De peccatis incestus, furti &c. Non omne quod laudabile, statim praeceptum est.

Quaestio IV.

Ad quem finem tendit J. N.

1.

IN *actione Morali* primum fert punctum FINIS; ita & J. N. non *propter se* nascitur, verum in *certos fines* à DEO naturaque intentos collimat.

Operis rationalis exordium *in fine* ponendum est, nam nullo sive perverso fine uti, est rationis *manifestum deliquium*.

2. FINIS J. N. si generatim & ultimo consideratur, est *Gloria summi Boni hominisque cum Eo unio*.

Huc omnia collimant; quia Deus *summum Bonum*

B 3

FINIS

num est, etiam finis est ultimum, *Finis enim & bonum* coincidunt. Et contradictionem implicat, Summum Bonum in super haberi, vel ut *medium* aliorum ordinari: quod norunt Philosophorum pulli.

3. UNIO quaeritur *immediate* CULTU, *mediate* viis ad cultum ducentibus, eumque *vel* promoventibus *vel* servantibus; qualis vita incolumis & ordinata Societas hominum tranquilla.

Certum est, plures fines invicem *subordinari* posse. *Alius finis* Conservatio sui. *Alius,* Societatis tranquillæ. *Aliud emolumentum proprium,* aliud publicum. *Hi & inters se* mutuo subjici possunt, & quod Jus exigit, DEO Summo fini subordinari debent. *Me enim* conservo, ut *Salus publica* vigeat, & *haec* promovetur ut singulorum promoveatur, *alterna vice & casu.* Omnia tamen *ad aeternum* quid adspirant, *rationem immortalitatis capacem* desitura hæc cum morte emolumenta non faciant. Unde ad DEUM, *Summum Bonum* possessura erigitur, & velut *in centro lineæ* confluunt, ita in DEO, sine ultimo, *creatura rationales* desiderium.

4. FINES inquam, *subordinati* sunt DUO, ad quos præter ultimum natura ratio-

rationalis Jurium beneficio collimat:
Custodia Sui & Salus publica.

Notandum 1. Juris beneficio deberi, quod integrum nobis sit, servare vitam, membra, genus. Cui rei suppetias fert hominum *Societas*, sine qua (*at sine Jure & ordine ipsam conservari impossibile,*) pereundum nobis foret. 2. *Mutuum* sibi auxilium hæc duo præbere. Incolumi *toto*, partes vigent, & vicissim. 3. *Salus publica* respicitur, non simpliciter *Societas*, quæ etiam inter latrones & brutâ invenitur. At salva non est, nec salutaris, nisi tranquilla, ordinata, studio *veritatis*, *efficiorumque* exulta.

5. Fines illi *obtinentur*, saltim quæruntur per actiones in *J. N. præceptas* & legitimis consequentiis à principiorum fonte deductas.

Saltim quaruntur.) Hoc inquitu finis *ultimus* dicitur, quem natura quidem speculatur & per opera promoveri studet, quorsum *Placita* inprimis *Pythagoræ* *Stoicorumque* pertinent. *Minime vero obtinentur*, ut & è *Scripturis* edocemur. Reliqui fines obtinentur, quamcum in *Sphæra felicitatis terrenæ* subsidunt.

6. Verum enim vero **FINEM SOCIETATIS** triplici modo intueri possu-

B 4

mus

mus ex diversimoda *causes*, quam J. N. induit ad eum obtinendum. Nam aspicit VEL Essentiam Societatis, VEL commodum, VEL decorum.

7. Qua ESSENTIAM, vel *conser-
vanda*, vel *resarcienda* est Ejus Tran-
quillitas,

TRANQUILLITAS inquam; nec enim quid *Physicè* Societatem contineat, aut *Politice*, J. Cetus naturalis disquirat, cujus est actus & jura ostendere, quorum *περὶ* nobis inter homines *felicitè vivere* detur. *Tranquillitas Societatis*: quam Societatem vel DETERMINATE contemplantur, vel *indeterminate*. Si illud, Societates civilem, domesticam, intelligimus, in quibus si degere molestum fuerit vel casus ferat, Societas *indeterminata* colenda erit, scil. *hujus & illius hominis*, omniumque disjunctim totius universi, quatenus singuli & universi homines ad societatem illam generalem ordinantur, cujus gratia *κοινωνία* vocantur. Ex quo planum fit, si toties de Societate loquimur hominum, nos non intelligere conventionem quandam hominum *παρὰ* ad *peculiarem finem* coherentium; sed illam, qua homo homini universim, *bonum se socium* præbet, & nisi ipsi junctus sit, arctiori vinculo, *βο-
νι-
τατι-*

vanitatis tamen lege se obstrictum sentiat, ne alter alteri noceat, beneficiis potius se invicem obstringant, ut mortalium universitas ad communem finem mutuae felicitatis conspiret.

8. CONSERVANTUR Societas tranquilla VEL mediis generalibus, VEL specialibus in ordine ad hanc illamve Societatem. *Generalia* sunt vel *ordinaria*, vel *accidentaria*. ILLA officio justitiæ continentur, quâ *nemo à nobis ledendus*, suum *cuique tribuendum est*, cujus justitiæ Cynosura tritum illud: QUOD TIBI VIS FIERI &c. *fundamentum*, hominum naturalis ÆQUALITAS. HÆC sunt, animadversio in facinorosos Juris contemptores,

- (a) Officia omnia versus socium justitiâ continentur, qua suum illi *damus vel relinquitur*. (b) ÆQUALITAS hominum estimanda est, non ex *accessoria* estimatione in civitatibus, sed *in statu naturali*, danturque casus in *media* civitate, ubi æqualitas illa naturalis respicienda est; v. gr. Si regi & rustico in lite iudicium ferendum.

(γ) *Sublata æqualitate* in statu & dignitate naturali, læditur confestim pax, turba-

tur societas, *partim* naturali vitio, quod homo se contemni impatienter ferat, *partim* quod crescente injustitia ultima meritorum timeantur. Propterea qui sublata aequalitate impudenter se extulerit, vel contemptu vel illato damno, compescendus est.

9. *Conservatur* etiam *vel* absolute dictis modo mediis, *sive* ex *ὐμῶδες* etiam aliis. **ILLA** media absoluta, **HÆC** relativa vocares, quatenus supponunt vel casum vel statum. Ita ex *ὐμῶδες* nimiae hominum multitudinis, *communio bonorum* sublata est, introducto *dominio*, *usucapione*; Ex *ὐμῶδες* status certi v. gr. civitatis, Imperium cum jactura privatae libertatis.

Uterobique est servanda *Societas*, qua **HO-**
MINES sumus, quod melius fieri non poterat, quam *dominio*, *imperio* instituto, &c. Unde agnoscitur, quod hisce mediis *refractorius ipsi fini* insultet, quem sibi natura rationalis proposuit.

10. **RESARCITUR** Societas *vel* vi impacta, **AUT** mitioribus mediis. **IL-**

ILLA *via* coguntur & coercentur facinorosi, **HAC** pacis & reconciliationis media assumuntur.

Exempla videmus prioris rei in bello, quod demptis hosti viribus in pacem desinit. *Hujus* autem in mediis restaurandæ amicitia, v. g. mos instituendi colloquia inter partes dissidentes, Arbitratus, Caduceatorum Jus, & Legatorum. Resarciendæ pacis remedia consuluntur à J. N. quod incertæ belli alicæ exponi, miserum. Jus vero in hostem perpetuo prosequi durum videtur, siquidem de futuro damno mihi sufficienter cautum sit.

II. Ut **COMMODUM** respicit Societatis, vel universale, vel particulare prosequitur J. N. **UNIVERSALE** *vel* necessariis mediis, quibus ipsa tranquillitas promovetur, *vel* arbitrariis, ut commerciorum flore & libertate mutua. **PARTICULARE**, gentium quarundam inter se vel hominum privatorum, ut domum, vicos, civitatem constituent.

Hujus Juris mensura utilis.

12. **DECORI** denique rationem habet J. N. qua *generosa* utilibus & justis præ-

præferuntur. Idque vel *universim* v. gr. parcere hosti, cum nocere licet, arma veneni expertia; vel *speciatim* v. gr. Sepultura. De *Civilitate*, cui rusticitas opponitur, agunt *Moralistæ*. Hucque non pertinet, cum nullum *Jus* sive *injuriam* fundent, utut forte inter summos imperantes eveniant, quæ plus in civilitatem quam J. N. peccant; magnæ tamen offensionis ansam præbent.

De his, quæ temperamentum cum hoste concernunt, optime Grotius Lib. III. De Jure B. cap. 11. seq.

Quantum vero Theologis prodest, hæc sedulo observasse, si comoda à jure rigido in Scripturis, & quæ τὸ πρέπου Republicæ Judaicæ concernunt à Justitia naturaliter debita segregentur; in causa sepulturæ, animadversionis in
ma-

malignos, Jure belli, quæ ex dictis lumen foenerantur.

Quaestio V.

Quod est Subjectum J. N. seu
Materia IN QUA.

i.

Subjectum *exequens* J. N. [nam de hoc sermo nobis est,] multifariam potest considerari, *vel ut singulare est, vel ut universitatem complectitur.*

Subjectum *institutionis* voca, si placet, *Informationis* est intellectus.

2. Singulare *vel natura* tale est, *vel morali* existimatione. Iterumque consideratur *vel quantum ad esse, vel quantum ad statum.*

3. Singulare *naturaliter*, hominis individuum adpello.

Singuli enim, *ut tales*, Juri N. fiunt obnoxii, *et*que sunt capaces. Nec obstat, quod edu-

educationis vitio ferè, *qua honesta sunt,* ignorent. Nam tales etiam se homines esse obliui sunt, à bestiis citius formâ, ac rationis dextro usu discrepantes. Et nemo est adeo *Barbarus,* si vel tantisper barbariem deducat, qui *primarum conclusionum* nullam prorsus noticiam haberet. Fateor enim circa eliciendas conclusiones, *qua multitudinem,* *qua evidentiam,* singulos fere homines à se invicem differre.

4. Homo vel versatur *in statu naturali,* vel *ascititio.* NATURALIS est, quo quis nemini vivit *obnoxius,* sibi que solum relictus. ASCITITIUS, quando cum aliis certa lege in *commercium* venit.

Status naturalis *amphibolice* sumitur, vel enim opponitur *civitati* solum & imperio, etiam *ascititio* statui cuivis. Nec monere opus est, quod *Hobbesius naturale* pro hostili sumat, ubi cuilibet facere *ius est,* quod *Libido* imperat. Ego hic duo velut formalia requiro: *Nemini esse obnoxium.* Sic personæ morales, summi imperantes, vivunt in statu naturali. Præterea, ut sine commercio vinculoque aliorum ita degant, nec certis modis per *communione* *artiores* irretiantur. Verbo, per statum

Natu-

Naturalem intelligo *αὐτονομία* hominis solitarii, qui in nulla societate, quam in generali omnium hominum vivit. *Δυσίτητος* hac de re *φασίδας* videbis in *Appendice*.

5. ASCITITIUS status plerumque vel *domus* est, vel *civitas*.

1. Dico plerumque.) Hodie quidem inter *μορὰς* *ποπυλῶν* præter civitates nihil reperire licet, etiam Monachi & Eremitæ, civitatis imperio exempti, civitatis tamen & imperii speciem Monachicam inter se habent. At olim dubium non est, quin in societatem & fœdera solitarii quidam *αὐτονομία* certos in fines, venationis, defensionis, &c. circa civitatis *κῆρα* & familiæ coiverint. 2. *Domus* trina societate constat, illa conjugum, liberorum, servorum, quod è Politicis liquet. 3. *Civitas* perfectissima Societas Aristoteli, non absolute, sed hoc *rerum statu*, qua invalescente hominum *πολυπλοκία* & *κακία*, singulis de securitate, cum *ἄλλοτρίᾳ* libertatis propria prospiciendum fuit.

6. In UTROQUE STATU vigent *ἴδια* *νόμιμα*, *Naturalis* regitur conclusionibus finem tranquillitatis in Societate universalis [sive indeterminata] prospicientibus. *Alter* finem sibi proprium, vel *domus*

domus sit vel civitas, vel alia Societas ad-
huc specialior.

Hoc modo Jus N. fluvii instar in magna spa-
tia longo lapsu extendi videmus. Quo
magis enim descenditur ad *spéciales socie-
tes*, eò delictiores quoque fiunt è J. N. *de-
cisiones*, quarum generalis Cynosura nihil
jubere aut permittere, quod Justitiæ & na-
turali hominum æqualitati adversum sit,
vel finem *specialem*, si honestus sit, non e-
vertat.

7. In Statu *adventitio*, cum detur ho-
minum *subordinatio*, necessum est, *diver-
sa* invicem *jura* subordinatis competere,
ita tamen, ut ad finem societatis tranquil-
læ & suaviter ducendæ vitæ, *unanimiter*
conspirent.

V. gr. Dominus imperat, mancipium paret,
Princeps neminem agnoscit superiorem,
sed aliis leges figit, cives venerantur ejus
authoritatem, suam libertatem alieno ar-
bitrio regi, imò absorberi patiuntur. Quæ
sane *diversa sunt præcepta*: Impera, Pare.
Enimvero ad suavis vitæ solatia, quan-
tum licet in hac mortalitate, singula hæc
revertuntur. Interest enim sobolis, servi,
civis, alieno subesse imperio.

8. *Singulare per existimationem mora-
lem*

lem eſt, quod plures poteſtate repræſentat; v. g. Dominus ſervos, maritus uxorem, pater liberos, imperans ſummus cives.

De ſummis imperantibus unice quæſtio eſt, cum reliqua non dentur ulterius, quoad *effectum Juriſſ.* Ut enim jure civili, maritus uxorem, pater filios impuberes certis caſibus repræſentet, in ſtatu tamen *divino* non reperiuntur. *Soli imperantes ſummi hoc beneficio gaudent.* Cujus rei utilis & neceſſaria conſideratio, cum ſingularia utriuſque generis vel *naturalia* vel *moralia* ſint, eâdem J. N. decempeſa meſurentur.

9. *Summi imperantes* in ſervandis juriſſibus vel *neceſſitatem* ſocietatis, vel *commodum*, vel *decus* intendunt. Quæ *neceſſario* cum ſocietate tranquilla cohærent, *Jus neceſſarium* vocantur. Quæ *commodum* & *decorum* concernunt, *Jus Gentium voluntarium*.

V. g. ut pacati Imperantes vicinia gaudeant, pacatos habeant limites & propinquos (hæc enim illa ſocietas) *abſtinent* ab injuriis, atque benignis ultro *remedius*, *amicitiam* conſervare ſtudent, quorum palmaris ſcopus: **NE NOCEATUR**, cum *ſingularum naturalium* ſit, **UT JUVETUR**.

C

Hæc


Hæc officia Jus G. *necessarium* adpellant, scil. quod sine eo *Gentes* in mera latrocinia devolverentur. COMMODO studetur, mutuis mercimoniis, fœderibus defensionis. DECORI, quatenus nihil indignum admittunt, v. gr. Legatos non admittere. *Rusticum* enim est illos non audire, quos nescias quid ferant. Saltim affatu dignandus est etiam barbarus, nisi alia prohibeant status arcana, de quibus non loquor, sed de *Morositate*.

10. Subjectum concipitur, secundum dicta, ut *Univrsitas*, eaque vel *universalisissima*, ut civitas mundi, vel *restricta* in gentes, easque iterum vel barbaras vel civiles. *Civilium* dantur GRADUS, vel sunt summæ tales ut Europeæ, vel mediocriter tales, ut Turcæ, Persæ, Sineses.

Observandum hoc discrimen. Nam civiliores non tantum injuriis abstinent, sed etiam *beneficiis* mutuo compensandis se mactant, mercimonia, fœdera, connubia tractant. Nec minus Pace Bellove ritus illos observare solent, quibus resarciri vel conservari pax solet, v. gr. Jura legatorum, mansuetudinem in victos, fidem publicam. Quod si contingat barbarum excludere
pere-

peregrinos hospicio, semel infensos, æternum sine remedio hostes reputare, signis hostem in insidias pellicere, *incultos arguunt mores*, qui inter *prima* J. N. argumenta, de non lædendis. ULTRO aliis præter causam subsistere solent, ignoratis reliquis vitæ humanæ *commodis*. Nonnunquam vero omne Jus & fas proterere solent.

In Theologica Antiquitatè occurrit, familiarum, generis humani vera origo, de familiis Patriarcharum, αὐτονομία Jure utentium. Et quod jure gladii in servos & liberos usi sint, ex hac quaestione solutionem accipiunt, quod pro usu satis.



Quaestio VI.

De Materia CIRCA QUAM,
quæ sit?

I.

Materia Occupationis sive objectum J. N. dupliciter consideratur. Vel enim est *Personale*, vel *Reale*.

2. PERSONALE, DEUS, homo, socius.

Triplici hoc objecto Actionum Moralitas specificatur, quæ commodissime omnium sub hac divisione, secundum tria principia examinari possunt.

3. Versus DEUM quidem non datur exercitium juris, sed *negãtis* officii.

Nam lumini naturali non constat, an ex virtute cultuque DEI *divinorum* oriatur. Potius contrarium apprehendit, quod ex *Sacrificiis Gentilium* affatim colligitur.

4. Homo dupliciter objicitur Juri N. *tum* qua imbuendus est officiorum virtutumque cumulo; *tum* qua instruendus est

est de Jure suo, quid illi *liceat*, qua facultate agendi habendique gaudeat.

5. Quantum ad officia pertinet, *intellectus* non tantum ab errore & *præjudiciis* vindicandus, sed etiam *scientiis* cultuque expoliendus est; Porro *voluntas* virtutum studio & obligatione imbuenda, ne flagitiis fordescat, sed corporis quoque ministerio dextre & legitime utatur.

Scientiis intellectum imbuere, aliis incumbit disciplinis, J. N. causam ostendit & necessitatem, ne cultura animi omittatur. *Voluntatem* virtutibus instruere conati sunt Aristotelis *assectæ*, sed operam lusere, quotquod ejus vestigia noxio nimis adplausu secuti sint. At tamen ad *Ethicos* de jure pertinet, *officia* explicare, v. gr. *Senis*, *Juvenis*, *Principis*, *Judicis*, *Consiliarii*, *Conjugis*, *Sobolis*, *Amici* &c. *Lex. N.* in *primis* capitibus versatur, relicto inferiori disciplinæ spicilegio.

6. *Quoad Jus*, informandus, ne *beneficio ignorans* excidat, aut *oscitanter* in alienum periculum se induat.

Interest hominis nosse, *quomodo* se tueri, *quomodo* corpus & *valeitudinem* curare liceat; qua in re sapius peccatum est, etiam

in Christiana Ecclesia. *Cavebit etiam sibi Jurium gnarus, ne molestiam, & quod magis, conscientiz labem sibi attrahat, nimium vel praetendendo vel remittendo.*

7. Tertium objectum *Socius*, ipse homo, unus *vel* plures, iterumque *vel* seorsim, *vel* in societatis junctura spectatus.

Hoc sciendum. Altissima J. N. contemplatio HOMO, qua homo ad societatem in mundo pacifice colendam natus. Ea propter praeter *ullam cum aliis*, praeter hoc universale punctum, *connexionem* Judicio mentis practico objicitur. Post *descenditur* ad status proximos, Naturalem & Ascitium, delibatis floribus: Nam de *Jure Civitatis*, quod Jus Publicum Universale eleganter vocant, tractet *Politicus*. De Domino ejusque Jure *Oeconomus*. Civium vero Romanorum Jura exponit *Corpus Juris*.

8. OBJECTUM reale est Res *vel permanens vel transiens*. PERMANENS voco *res materiales*, circa quæ Juris aliqua occupatio. TRANSIENS sunt *Actiones*.

9. *Res materiales* vel ad finem *ultimum*, vel *intermedium* ordinantur. Ad *finem ultimum* pertinent instrumenta religio-

ligionis, templa, aræ, Evangelium: Ad custodiam sui, media sustentationis, defensionis, culturæ animæ. Ad alios, quicquid in commercium vitæ socialis venire potest.

10. Ordinantur autem *Dominio & usu*.

Propterea eripi *in vitis nobis*, citra injuriam non possunt, nec corrumpi. Si legitimus *usus* accedit, ad dictamen rationis in ordine ad finem temperandus, actiones emergunt *Jure N. munita & inviolabiles*.

11. *Actionum* infinita seges, quas an objectum *Juris N.* immediatum, an subjectum proximum informationis nomine, perinde est. *Illæ* inter principia & finem mediæ intercedunt, & *Jurisprudentiæ naturalis* utramque paginam occupant.

Divisio actionum, juxta quam præsens tractatio instruitur, exhibetur Tab. 2. cui jungenda est Tab. 1. proponens, quicquid hac parte præliminari adductum est. De cætero semel hic monuisse sufficiat, 1. *Actionum* nomine nobis venire etiam *omissiones*, quæ *Actioni* in moralibus æquipollent. 2. *Actiones* sumi non prout fluunt à causis suis in foro *physico*, sed qua-

tenus *juris sunt capaces*, eique substant. Quae vel LICENT, generalissimo juris ambitu, quatenus nihil interest DEI, hominis, societatis, fiant an secus: Vel praeccepto subjacent, ob necessariam cum fine & objecto connexionem. Vel *laudabiliter* fiunt, ob majorem minoremve ad praeccepta accessum.

Tripliciter hoc objectum Scriptura ubique observat. Parciter quidem, quae reflexa in seipsum officia complectuntur. Fusius reliqua, quae Lex Domini duabus tabulis comprehendit.

Quaestio VII.

Quae sint accidentia Furis N. praecipua?

I.

Multa allegari possent, sed duorum solum meminisse juvabit. *Primum* est, quod *nudum modo, modo vestitum* compareat.

2. Nu-

2. Nudum Jus N. est, quod absque ritibus & ceremoniis exercetur, inque finem suum absque solennibus collimat.

Exemplo res patet. Si foedus pango, si amicitis tesseram observo, abstinens injuriarum, si rupta pace, reconciliationis subsidia amplector, de æquo & bono deprecanti adversario, peccatum ignosco. Omnia sine ritu, ceremoniis, solo sermone vel ipso facto, quibus animi studium & sensa exprimo. *Id Jus, nudum appellare liceat.*

3. *Vestitum* jus est, quod cum *schema-ze* quodam rituque exercetur.

Sic Pacti vestiti nomenclatione utuntur] Cui, alio tamen paulisper sensu.

4. RITUS illi aut sunt *familiares* aut *eminentes*. FAMILIARES, qui nihil ab usu vulgato & frequenti alienum habent. EMINENTES qui secus.

V. gr. quod Testamento condendo certus restium numerus cum aliis solennitatibus observetur. Quod juramentum viri erectis digitis, mulieris injecta pectori manu celebretur: quod paciscentes dextram feriamus, &c.

5. Cerimoniarum *eminentium* considera-

derari potest *Vigor*, obligatio, subjectum inhaerentiae, finis. **VIGOR**, qui iterum vel *arbitrarius*, vel *perennis*.

Habent suas *æstates illius*, prout consuetudine inter gentes aliquid introducitur. Sic præsentio Olivæ, signum pacis apud Veteres, hodie certus tympani sonus, aut vexillum albicans in munimento. Adde vexilli summi demissionem in signum reverentiae apud naves armatas & sepulcræ mores.

6. Perennis usus inter gentes [nam de eminentibus loquimur] vel *omnes* vel *quasdam*.

Inter omnes videmus valere Jus mittendi Legatos, missorumque indemnitate: Apud quasdam *certos ritus*, alibi ignotos forte, nec observatos; v. gr. vexillum album, signum colloquii. La Chamade, signum deditiois.

7. **OBLIGATIO** descendit à Lege N. estque vel *immediata*, vel *mediata*. **IMMEDIATA** versatur in actibus, qui præcisa solennitate, *quoad se*, honestatem habent aut turpitudinem.

V. g. qui deceptum colloquii signo hostem interficit, non tantum peccat, quod *signo*, libero

bero instituto, sed & *fide* hostis abutatur, quæ ex *tacita* signi *conventione* fallenda nonerat. Nam fallere fidem *immediate* violat J. N.

8. MEDIATA vero, per *consilia* Juris N. ad eligendum obstringit, quod *optimum*.

V. gr. JUS est, hostem prosequi ad excidium, sed *consulit* natura, pacis remedia respicienda non esse. Propterea, colloquii signa Legatorum securitatem, & alia, sancivit, non quod *immediate*, talia omittendo, *Jus* violaretur, sed quod *mediate*: Nam si omnes semel offensi nullam reconciliationem admitterent, & talia media inutilia redderentur, totum genus humanum fœdis latrociniis contaminari necessum foret.

9. Subjectum *immediatum* sunt *actiones*, eæque ex *imperio*, vel *consilio* fluentes.

V. gr. *Consilium* est, colloquium albo vexillo petere, colloquio fidem servare, eoque initia reconciliationis tentare. *Consilium* est, nam absolute poteris respicere, *in*oque in hostem *Jure* uti. En colloquii petitionali signo vestita, *Actio* est *consilii* naturalis, Quæ vero cum petitione colloquii *securitatem* procul omni fraude polliceor, si *acceptet*,

ceptet alter, Actio ab imperio fluere intelligitur, ut congressi nihil mali invicem moliamur. *Lex enim est naturae immutata.* Noli fallere fidem datam.

10. FINIS est, *αἰτιονία* totius universi pacis intentio, controversiarum evitatio, ordo & in ordine hominum utilitas, dignitas.

Primum constat exemplo Legatorum, quorum functionibus omnes universi imperantes amicitiam invicem colere vel resarcire possunt. *Secundum*, Jure Feciali, quo Veteres de justitia causae, & quod iniuri traherentur ad bellum, solenniter protestabantur. *Tertium*, constituto *precedentia* loco, si Legati se invicem visitarent: Nam evitandae liti, talia decisa sunt inter Gentes, duraturo more. *Ordo* denique solennitatem innuit, qua actionibus honor & dignitas aspergitur, sexcentis exemplis obvia.

11. Alterum *accidens* est, quod *Jus* in Pace & Bello exerceatur.

Quid bellum sit, fuisse *Grotius*, idem quod inter singulos duellum; aliud solenne, aliud privatum. Justum aliud *duplici accceptione*, aliud injustum. Vid. Lib. 1. c. 3.

12. Uter-

12. Uterque status sua Jura possidet.

In pace quod constat. Sed orta lite & dis-
sidio bellum arripitur vindicandis bonis,
custodiendæ vitæ, averruncando pericu-
lo. Nec mirum hoc videri debet, ut utro-
rupto societatis vinculo, expirasse Jura
omnia videantur, præsertim *Jus nocendi* in
hostem detur infinitum. Nam *Licentia*
Juris & indemnitas *Consiliis* ad præceptum
vel prohibitionem *sensim inclinari* potest.
Recte enim *Grotius*, quod ea, quæ licent,
latitudinem habeant, & *alterutri extremorum*
magis minusve accedant. Quando-
quidem & hoc spectandum est, quod hu-
manitati, quæ rigidum Jus, cum laude
non semper exigit, & charitati Christia-
næ *mollius* quid tribuendum sit, atque ab
omni asperitate alienum. Sed de hoc
forte in posterum.

Christianos & Theologos, ut
belli pacisque tempora distin-
guant, non una ratio monet, præ-
sertim locus de *Magistratu* &
de *Fure Gladii*. Ut nihil dicam

de

de ritibus, quorum magna copia in bellis eluxit, de quibus dextrum iudicium ferre, τοῖς θεολογῶσι dignissimum, nec omni utilitate destitutum officium est.



PAR-



PARTIS II.^{dæ}

SECTIO RRIMA

De

RELIGIONE NA-
TURALI.

Consideratio, quam circa Deum instituere solent Philo-
sophi, intra *duos* cardines volvi-
tur, *Theorian & Praxin*. ILLA DEI
Existentiam, Essentiam & Proprietates
sollicito scrutinio eruit; HÆC, quid
officii nobis incumbat, solida deductio-
ne ostendit. ILLIUS ἐξήγησιν Metaphy-
sica vulgò in parte speciali sibi sumit,
quod meo quidem iudicio ἀπαιδευτοῖς fi-
eri

eri solet, quandoquidem *Metaphysica*, ut talis, summas omnium *Entium* veritates scrutatur, elicit atque demonstrat. Postmodum *ad inferiora* descendit, quibus in varias *Entium* species condescendentibus *peculiares discipline* destinantur. Ut verò alteri specierum, *corpori*, *Physicam* assignant, quid impedit ne & *Spiritui* expressâ operâ considerando singularis scientia subveniat, quam alii rectius *Pneumaticam* sive doctrinam de *Spiritibus* vocant. Inter *Spiritus* eminet *Summum Numen*, *Ens* & πνεῦμα καὶ ἐξοχήν, cujus contemplationi *Theologiam speculativam Naturalem* παιδείας gratiâ consecrare soleo: At de officiis cujus jam est differere? *Ethicam* fortassis hæc cura manet. Verùm ex pumice citius tale quid exigeres, quam ex elumbi doctrina *undecim virtutum*. Saltem ad *Jurisprudentiam naturalem* pertinere non videtur, quia quid *Juris* est creaturæ in *Deum*, quid *commercii*? Enimvero *Jurisprudentiam N.*

eo censeri loco nolim, quod circa alios homines unice occupetur. Veluti enim non abhorret præter jura, quatenus *licentiam* & facultatem significant, etiam *officia* ostendere vi *voipodseias*, quid obstat, ne ejus circumferentiam ad summa quoque, quæ DEO debentur, officia extendamus, cum quo utique potest esse Juris commercium, utut ex Lumine naturali de hoc nihil constet, Scriptura tamen ex fœderum DEI naturâ satis superque ostendat. Quapropter id muneris, officia in Deum explicare, ad Jurisprudentiam naturalem pertinere hætenus credidi, quam, si definienda foret, pro *summa Veritatum Præcticarum disciplina* habere soleo, quæ, si *Terminis* ad Moralia pertinentibus instructa sit, *summa officiorum Juriumque incunabula* indaget, conclusionibus, si nimum descendant, aliorum remissis; quam Methodi rationem, nisi delicatiores approbent, id quidem pa-

D

tien-

tienter fero, secuturus ultrò aliorum vestigia, si quid rectius istius commonstrarent.

Ad Religionem naturalem redeo, quam rudi Minervâ in sequentibus expedire constitui, cujus, ne in limine statim hæreas, *quatuor causas* brevissimis examinare liceat. In antecessum dari Religionem naturalem probatione non eget apud Eos, qui Deum existere, ex Theologia N. speculativâ didicerunt, quæ *Veritas* hic supponitur. *Historiam* cultus apud Gentiles passim legimus, perpetuâ Deorum per omnia secula veneratione, licet præposterâ & ineptâ, imò impiâ. *Subiectum* Religionis est homo, qua mentis operationes cum imperio in corpus, cultui decenter aptandum: *Materia* circa quam, seu *Objectum*, Deus, res sacræ, quæ vel mediis, vel instrumenti instar se habent, ut sacrificia, templa, coetus. *Efficiens Prima* Deus ipse per ἀλήθειαν naturam

nuralem eò homines impellentem. *Secundaria* homo, qui *fabricat* cultum, sed hoc ipso reprobandum, quod ex *corrupto arbitrio* proficiscatur. *Forma* essentialis consistit in *Veneratione & Prosecutione* DEI, tanquam *Summi Boni*, ultimi finis. *Accidentalis* in variis formis cultus, sed plerumque distortis. Antiquissima, *Sacrificium*. *Affectus formales*, O-ratio humilitatis, contestatio, spes, fiducia. *Finis ultimus*, Unio & fruitio. *Intermedius* auxilium, benedictio.

Hinc deduco *Theses* sequentes, ut elucidationi & memoriae comodius inservians.

De
Causa formali Religionis Naturalis.

1.

Ipsa Religio est animi *veneratio*, quâ homo summum Ens prosequitur eum *opinione summae potentiae & bonitatis*.

Nam *honor* in *opinione bonitatis & potentiae universim* consistit.

D 2

2. SUM-

2. **SUMMI BONI** *contemplatio* non potest non esse *venerabilis*, ab illo enim *omnia bona accepimus*, *omnia speramus*.

3. *Cultus* ille *animum intimè afficit*, cum suam *infirmiſſimam*, *nihilum suum*, & è diametro, **DEI** *summam potentiam*, cum bona *voluntate* agnoscit.

4. Inde oriuntur, *dejectio*, *humilitas*, *ſpes*, *refugium in malis*.

5. Nec tamen ſufficit, *interius ſuſpicere Deum*, *interèſt aliorum noſſe*, quod Deum colamus.

6. Equidem homo *in genere ſcit*, Deum *externo cultu* proſequendum eſſe, quomodo vero id *commodiſſime* fieri debeat, àb ipſo Deo colendo *determinandum eſt*.

7. Facile autem patet, *ſermonibus* non debere fieri *frigida reverentia*, ſed eam potius in *vivaci proſequutione ſummi boni* conſiſtere.

Ratio eſt, qui ſummus honos *ſummi boni*, ſi fiat, **QUO Eſt**, per *poſſeſſionem & fruitionem*.

8. Quod

8. Quod ut contingat, *assimilationi* Ejus Entis studendum esse, *Ratio naturaliter devota* conjicit.

Id frequens apud *Pythagoreos.* Unde vitiorum odium & purgamentum, Tot *ἱλαστήρια* & libationes.

9. Anima cultûs, *Preces* in laude & desiderio consistentes.

Laudis necessitatem barbarus agnoscit, qui summum bonum, à quo omnem felicitatem sperat; Hoc miserum, quod *exauditionis certitudine* careant, nullâ ejus *promissione facta*, cum nec votis lautissimis sæpe responderint Dii irati.

De *Causa Efficiente.*

I.

Quod DEUS *autor* sit Religionis naturalis, probat *inscripta Lex*, quæ *officii* nos admonet.

In *Statu Integritatis*, quod Christiani norunt, cultus merè naturalis viguit, *integris viribus*, ipsa *immagine Pietatis* exercendæ causas & media exhibente.

2. Illa *ἀλήθεια* opprimi non potest, quæ

D 3

DEI

DEI Metum Reverentiamque inter homines conservat.

Interest enim Societatis humanae & gloriae DEI. Eam igitur peculiari providentia custodire solet.

3. Accedit metus & Justitiæ æternæ quidam sensus, ut, quem oderint, metuant.

Amor datur naturalis. Nam summum bonum agnoscere nec amare Chimæricum est. Talis tamen amor agnoscitur, qui, si penitus excutiatur, & in Lege Spirituali Sanctitas DEI & Zelus compareat, odio æquipolleat. Neminem tamen gentium invenias, qui dixerit, DEUM se odisse, forte nec senserit, tanta est corruptionis nostræ subtilitas.

4. Altera efficiens homo est, qui in actus Religionis influit, exercendo, fabricando. Exercet Religionem, qua actus est, fabricat, qua λειτουργία est.

5. Fabricando destruit Religionem homo naturalis.

Θάσκαλις γὰρ οἶται σοφοὶ ἰμορῶνθους Rom. I. 22.

Non quod semper necessum sit ita fieri. Sed quod corruptæ rationis deliquio ad Idola prolaberentur faciles, nec arcendi, si ἔργα infaustra, & ἀδόκιμα οὐκ ἔστιν miseris exagittasset. Hinc Pontificum, Flaminum, A-ruspicum actus titulique extravagantes.

6. Ali-

6. Aliàs prudentiores *Ἰῶν φιλοσόφων* ex-
 ecrandis ritibus abstinuêre.

Quid enim horrendum magis, ac humano
 ornore *DEUM* placari, quid *stultius* creditum,
 quam beatas mentes templorum maceris
 includi, fumoque ardentium victimarum, si
 reliqua absint, delictari.

7. Antiquissimi Religionis extra Ec-
 clesiam Conditores memorantur *Chal-*
dei & Ægyptii.

Sed illos à Daniele, hos à Josepho, omnes à Mo-
 se gentiles, quæ bona sunt, mutuasse, eru-
 diti suspicantur, nisi Moſen à gentilibus
 sua hausisse, cum *Spencero* satis audacter
 dicendum sit.

8. *Fæda corruptionis CAUSAM* cum-
 primis allego *barbariem*, sive culturæ ne-
 cessariæ, sine qua indoles humana ob-
 brutescit, *neglectum.*

Alioquin *impossibile*, ratione feliciter usos,
 ad nefandam Religionis spurcitiem de-
 labi.

9. Ut & virtutis *admirationem* cum be-
 neficii *memoria.*

Inde factum, ut pro *DEIS* colerent morta-
 les, quos magnum virtutis elogium apud
 posteros sequeretur.

10. Tandem temporis *vetustas* ultimam Errori manum imposuit.

Tempus edax, ut reliqua, ita *Mores & bene instituta* corrumpit.

De

Causa Materiali & Finali.

I.

HUc pertinet *Subiectum, Objectum, Materia Religionis.* SUBIECTUM homo est ratione pollens, *πρωτον δευτερον, anima.*

Cultus enim opinionem summæ bonitatis & potentiz involvit, *cognitionem* ejus quod adores. At hæc datur in anima, quæ ad æternum quoddam bonum aspirat, nec *felicitatis suæ apicem*, si sapit, in terrenis & perituris collocat, cum *infiniti capax* non nisi in centro infiniti boni acquiescat.

2. *Externus cultus* HUMILIATIONE exprimi debuit.

Docet hoc experientia, ut quos *animis* veneremur, etiam signis, corporis, sermonisque habitu.

3. OBJECTUM Deus ex Lumine *natura agnitus,*

Obje-

Objectum ad materiam circa quam referunt, alii ad *finem eius*, ad *formam alii*, nam objecta specificant actus. Hæc obiter. In Deum tendit religio, *juxta mensuram cognitionis*, quæ abstracta à *personis*. An vero Idololatriam committere dicendi sint, quod *Ideam* adorent Dei, qualis à *parte rei* non invenitur, id Theologis disceptandum relinquo.

4. Ubi se DEUS *singulari modo* manifestat, ibi venerandus est.

Liquet veritas! Utrum enim Omnipresentiâ sua DEUS vilissimis quoque rebus per *adiutorias* intersit, quod perspicaciores gentilium noverant, hac tamen sola admirationis *directa* fundamentum minimè supeditat. Aliàs sequeretur quamlibet creaturam *peculiari dote* conspicuam, imò vilissima quævis & abjecta, cultu Divino prosequenda esse. Quamobrem *illuc* maxime adorationis habitus *dirigendus* est, ubi constiterit, *Majestatem Numinis* sese uberius manifestasse. Id quod in Christianismo nostro probatione non eget. Dolenda vero gentilium fors erat, quod *phantasmas spurias* Deorum per Idola, Oracula, Sortes, tanta veneratione prosequerentur, quippe non DEO, sed *Dæstro*, Genioque seculi illum honorem exhibuerunt.

D 5 5. Ma.

5 *Materia Religionis sunt vel Actiones, vel Res. ILLÆ vel visibiles, vel invisibiles; HÆC aut transitoria, aut permanentes.*

De actionibus data operâ inferius. Res transitoria sunt Solemnitates, Festa, Victimæ, Sacrificia, Libamina, &c. Permanentes, Tempa, Aræ, Sepulchra Heroum, Manes.

6. De fine hoc scimus, quod etiam in *Religione vel Ultimus sit, vel Intermedius.*

Operosa enim & λογικὴ λατρεία, quam agentia moralia instituunt, dubio procul in finem feruntur, instituto labore dignum, præsertim si sumeuspenderantur, quos rebus sacris οὐκ ἔτι impenderunt.

7. *Finis Ultimus est Unio cum DEO. & hæc summa & vera hominis FELICITAS, reliqua peritura, caduca, nec bona, nisi ex illo fine. Summum bonum, si ALIIS bonum esse debeat, id quod finis ratio postulat, per Unionem, nec aliter acquiritur. Societatem cum DEO vocavit Cicero. Et non nemo hunc conceptum urget, quod Homo sit animal sociale, Ergo etiam cum DEO, quod non nisi*

nisi mitigatis terminis admittendum puto. *Medium* ad ejus Unionem, *Spiritualis Conjunctio per Uniformitatem*, in qua eminent **AMOR & PURITAS**; de quibus stupenda Philosophi. Lachrymisque dignum, Tales viros, sermone DEO propinquos, *reapse diffitos* fuisse, & quod horrendum magis, *à Deo* Eph. II. 12.

8. *Finis* ille Cynosura est, & *centrum actionum* in Religione naturali.

Licet alii *medii termini* non desint, affines & evidentes, quibus *obligatio Religionis* evincatur, v. g. *Notio Summi Boni*. Vid. infra.

9. *Intermedius finis*, *Bonarum hujus vite affluentia*.

Quæ *cessatione malorum & fortunâ secunda* estimari solent, unâ cum *dotibus animi & corporis*.

10. Vel maximè *expunctionem* reatus ambiebant, quem obesse felicitati suæ rebantur.

Id enim *naturæ datum*, ut *morbos suos*, licet non exacte, agnoscat. *Provoce ad Philosophiam*

phorum querelas. Et cum Sanctitas DEI & puritas justissimis actionibus effulgeat, quin scelerum inquinamenta per expiationem removenda sint, ultero moratores judicantur.



Titulus I.

De

*Internis actibus Religionis in
Intellectu.*

L

EXorsuris pietatem naturalem, illos cum primis actus animadvertere placet, qui proximè DEUM natura & officio contingunt, quæ MENS est.

Suppono hic aliunde, quid *Intellectus Voluntas*, nec moror novam Philosophiam, que discrimen harumce facultatum eversam mallet. Etiam quod objectum formale *Intellectus* sit VERITAS.

2. INTELLECTUS palmaria mentis facultas sive *ενεργεια*, variis se tendenti-

is in veritatem exerit, *contemplando*, *judicando*, *arguendo* & *ordinando*; quin omnes ad DEum dirigantur, *pittas* jubet.

Cujus ratio hæc est, 1. DEus *summa Veritas*, ergo illuc tendat potentia, ut *infinito Vero* satiatur. 2. Si recte cogitat intellectus, *Summa Veritatis*, seu, ut *Platonici* loquuntur, *λόγος* beneficium est. Ergo ad fontem vi *gratitudinis* omnia referantur.

3. Veluti autem *Attentione* utitur Intellectus, in causis prægnantibus & dilectis, res ipsa postulat, in summum Ens & præcipuum *maximam cogitationis curam* verti debere.

Demonstro; Nam DEum *Objectum* summè *Amabile*, quod summum bonum, & *maximè pretiosum*, quod ipsa bonitas & infinitudo pulchritudinis. Eidem igitur *injuria* fit, si *neglectis* sacra hæc *mysteria* tractentur.

4. Adest in Mente *Intentio*. Cogitando enim aliquid, *in aliquid* collimat. Finis est *Veritas*. Si aberret ad falsum, naturam suam *λόγος ἀλόγως* sentiendo perdit,

perdit, sibi que injuriam facit. Ergò si à Summo Vero declinet, quantum scelus!

DEUS est ultimus finis in omni genere Entis, Ergò etiam Collimantium ad finem VERITATIS. Cogita, quantum impietatis contrahant, qui finem ultimum vel negligunt, vel detorquent, ut DEI veritas suis præjudiciis vel libidini inserviat.

5. Adest Judicii Theoretici perspicacia in discriminandis veritatibus, in consultationibus unà cum secreta cupidine, altius semper & amplius Veritates investigandi.

Quin & actiones DEO sacrificanda sunt p̄ destinatione. ACUMEN, quo excellentius, in rejectaneis non hebetandum est, quo subtilius, eo turpius abutimur tali bono, siquidem ad nugas illa vis concessa non est. Irrequieta cupido discendi infinitum arguit appetitum, qui ad summam veritatem naturâ sua & consilio Conditoris ordinentur. Si sancta Tibi Curiositas desit, Divinis Te veritatibus immergendi, totus vero sordibus nugacis doctrinæ inhaereas, cujus nullus ad Deum, ad Rempubl. usus, inter facinorosos merito censetur, servosque improbos.

6. Eum in finem DEUS Creaturarum
specta-

ſpectaculum nobis exhibuit, & in nobis
 ipsis *inſinitam adduxit* cogitandi, rumi-
 nandi, admirandi materiam, ut per το
 γωδὸν οὐρανοῦ γωδὸν Ἰησὺς θεοῦ ἡμεῶν gratioſæ, mi-
 rificæ, ſplendidæ conſectaremur. *Quis*
 ergò abjiciat *temerè*, quod ad *contempla-*
tionem Creator ipſe propoſuit.

Facile intelligit ratio, *Non diceis gratia, tot*
miracula, quot creaturas præſentari, qua-
rum venuſtates præter rationem nihil aſſe-
quitur.

7. Adeſt etiam in *mente Judicium Pra-*
cticum, determinans circa Veritatem &
 Bonitatem, quod commodiſſime hic ex-
 eritur **OBSERVANTIA, PRU-**
DENTIA, JUDICIO de præteritis &
 futuris. *Obſervantiam* adpello *ſtudium*
 & *ſedulitatem honorificam*, de iis, quæ ad
 Deum pertinent. *Ne irreverenter Sacra*
 & *Divina tractentur, ne oſcitanter.*

8. *Prudentia* effulget in *ordinandis*
mediis ad aſſequendum finem; *At finis*
intellectus eſt ſumma Veritas, ad quem ut
 legi-

legitime media reliqua ordinentur, ipsa
Necessitas imperat.

Sed & pietas, quæ ad Unionem cum Summo
Vero & conformitatem nos vocat. At *cor-*
ruptis mediis & confusis neutrum obtinetur.

9. Quod fit, si *rigido examine* functio-
nes ingenii nostri perlustrentur, misso in-
utilibus nuncio, reliquis in *debita metho-*
do applicatis.

1. *Examen* instituendum. Ratio reliquis sub-
jecti occupationibus invigilat, *cur non &*
sibi? 2. *Rejicienda* viles occupationes, qua-
les, quæ Deum nec *quærent*, nec *laudant*,
otiosæ *lucubrationes*, quæ præter famæ a-
pud amafios captationem solidi, fructuo-
si, utilis, *nihil* habent. Etsi non *nihil* ejus
haberent, *utiliora* tamen magno numero,
minus utilibus & honestis præferrentur.
3. *Methodum* intelligo ad summam Veri-
tatem. Si *docilem* te præbeas, Veritati non
morosum, si ames, quæ ad conformitatem
Summi Boni Verique perducunt, si *virtutis*
virtutis præferas *Speculationi*. Id quod Gen-
tiles *perspexerunt, & suaserunt*; Et tandem
si cogitando *unicè quæras verum*, paritu-
rus Vero quo te duxerit.

10. *Judicium* de præteritis & futuris exi-
go. Judicat animus de *factis & facien-*
dis;

dis ; IBI *Judicis* in morem, HIC *Consulis* feu Regis. Utrumque officium in Pietate naturali necessarium est, *partim*, qua antea acta vita examini subjicitur, judicatur, condemnatur ; *partim*, qua futuræ corrigendæ opera navatur, *determinato* mentis proposito.

Nemo non Gentilium moratorum agnovit labem humanitatis, doluit, excanduit, de errore, Tabe vitiosum, gliscente veneno. Hinc *Stoicorum remedia*. Quid ergo consultius Deoque dignius, quam si vitâ explorata, de admissis vitiis doleamus. *Offendi DEOS* flagitiis, *φιλόσοφοι* senserunt. Hinc *Expiationes, lustrationes, oraculorum consultationes* de remediis averrendæ pœnæ. Cæterum quæ semel reprobasti *inquinamenta*, protervo consilio repetere, furorem sapit minime excusandum. *In primis* autem allaborandum est, ut conscientia certa quædam *Lux, firmitas & perspicacia* accedat, de rebus ad agendum propositis *recte* judicandi, ne in non-necessariis vacillet, angatur, in arduis & periculosis *inconsideratus* obfirmetur.

II. *Admirationem* non prætereo, quæ ad inventas arduasque Veritates obstupescit,

percipit, quid magis admiratione dignum est, quam quod merum est *Miraculorum mare?*

Nativa hæc passio animæ *Cartesianis*. Quamdiu itaq; infinita inter capacitatem mentis, & objecti latifundium erit *distancia*, tamdiu materia admirationis supererit, quæ si deficit, torporem intellectûs indignissimum, unâ cum Dei ignominia significat.

12. Hactenus de naturali *εργεια* animæ intellectualis, jam de declinandis vitiis, quæ menti communiter adhærent. Unde vitanda 1. intelligendi *somnolentia*, torpedo, & proclivis ad terrena cogitatio.

Erigendus animus, ne humi serpat, vilique cogitatione se turpiter occupet, sed ut in æterno, *spirituali, homogeneo* objecto acquiescat, quod *DEUM* voco. Hoc opus, hic labor unicus & præcipuus, cum reliqua, utpote vilia & peritura, quæ *divitias, honorem, &c.* concernunt, quæ *vitam, corpus*, minoris longe sint, quam ut à palmario scopo animum avellant. Evitabitur autem sedulo contraria *Agilitati Divinæ morositas terrestrium*. Nam cum Divinis licet *secundario*, & in ordine ad Divina, cogitari,

tari, curari etiam alia debent, quæ ad Nos & genus humanum pertinent.

13. Faceſſat 2. *Præcipitantia* in Judicando. Nihil enim *Reverentiam* magis lædit summæ Veritatis, quàm si nondum perspectis necessariis, judicium feramus, velut de *re nauci* & proletaria. Cum tamen circa assensum, *κρίσιν, συλλογισμὸν* in Divinis maxima circumſpectione opus sit, ob rei *sublimitatem*, nostrumque periculum, quatenus animum in Erroris præcipitia volvimus, sicquæ à *anua Conformitatis* & *Unionis* cum S. B. miserrime aberramus. *Error* enim & *summa Veritas* è diametro sibi opponuntur. *Error*, quem præcipitantia incurrimus, peccati filia est, & fœcundissima Mater, præsertim si **PERTINACIA** nutriatur.

14. Absit 3. *Vana inutilium Curiositas*. Magna animi labes; *Ars longa, vita brevis*. Ergo necessariis occupanda.

Quæ sunt Divina, *Unionis* cum DEO, *summa veritate proxima media & remedia*.

15. Ex dictis *confectarium* est: Officia erga Deum multis modis violari, quæ per *ignorantiam Philosophiæ*, ne dicam *Christianismi*, omittuntur & corrumpuntur. Quid enim inutili studiorum selectu inter Eruditos, quid oscitantia & torpore rerum divinarum apud multitudinem communius? Et quid *Philosophorum vulgus* minimè omnium tractare hætenus solet, quam *summæ Veritatis prosecutionem*.

Studia sunt *vel* necessaria, sine quibus nec homo sis, nec Christianus. *Utilia*, quibus vita, corpus, vitæque commodum continetur. *Delectantia*, quæ dulcedine intellectum recreant; At etiam *summè inuisilia* delectant eos, qui amant. Ergo *selectus studiorum* delectantium non à nostra cupidine & curiositate, sed ab *utilitate*, in ordine ad Deum & nosmetipsos arcessenda est. At *summa nostra utilitas, Veritatem adipisci, eaque corrigi.*

16. *Vis demonstrandi* obligationem sita est in consideratione *summi Boni, & Veri*, quod Deus est, finis ultimus. *Praeterea* in *Ejus dignitate, Majestate. Denique*

nique ex scopo creationis, quo ad ipsum omnia dirigenda sunt, mediante prosecutione, unione, & conformitate. Adde etiam Rationalis animæ conditionem, quæ non fert, ut Erroribus & otio, à veritate æterna segregetur.

Diduci possunt hi termini, manifesta conclusionum adductarum *αποδείξει*, sed quoniam persuasissimus sum, neminem adeò barbarum fore & ineptum, qui ad finem **ULTIMUM DEUM**, omnia, quicquid sumus, *referrere debere*, negaturus sit, ad sequentia transeo: Qui omiserit officium, (non meum consilium,) is in summum finem, & veritatem primam, is in Conditoris intentionem, honorem, scopum, is in Legem peccat principalem hujus ordinis; **IN SUMMUM BONUM OMNIA REFERANTUR**, à quo omnia.

17. *Cultum* Dei esse & honorem, actiones intellectus memoratas liquet. Id enim honorificum omni Enti, *quod* debetur, *quod* gratum est, cum opinione bonitatis & potentiæ, quæ opinio in ratione creata est **INEVITABILIS**, *natura & obligatione*.

18. Denique *cavendum* est, ne absurdas de Deo *foveamus opiniones*, quibus medela afferri potest & debet, *sedulo* summi Entis *scrutinio*, & *foeculenti* præjudicii ingenii per congruas artes *purgamento*.

Titulus II.

De

Actibus Religionis internis in Voluntate.

I.

Voluntas est *amor agniti boni*.

Probo : Quia Voluntas est *tendentia in finem*.
Finis est bonum. E Reliqua ex *contemplatione naturali* suppono.

2. *Amor* ille variis modis exeritur. *Si* enim futurum bonum respicit, *spirat, sperat, concupiscit*; *Si* præsens, *complectitur tenerrimo sensu, unitur, quiescit, fruitur, lætatur*; *Si* periculum amissionis metitur, *metuit, angitur, cavet, desperat, & quæ*

quæ sunt aliæ voluntatis operationes & affectiones.

3. *Obtinere bonum* felicitas agentis, *ſi ſummum, ſumma.*

Nihil eſt bonum, niſi *participatione Summi Boni*. Reliqua cum ſummo bono inconne-
xa mentiuntur ſpecie boni, *ut peccatum*.
Qui Summum Bonum habet, poſſidet, *omne habes*; Felix ergo voluntas & felicif-
ſima, quæ obtinet S. B. At non obtine-
tur niſi proſequentione, conformatione,
unionem, *ὅτι ἰδὲν δεῖξαι.*

4. *Proſequentio* fit, ſi actus voluntatis a-
nimique omnis eò dirigantur, extendan-
tur, inſuper habitis, reliquarum rerum di-
verticulis, in quibus *nullum bonum ſine*
DEO, nulla quies, niſi fallax.

5. *Conformatio* per Sanctitatem. *Unio*
per Amorem, quæ major, quo purior eſt
amor.

6. Ad PROSECUTIONEM S. B.
pertinet (a) *Reſolutio in illud tendendi*,
quæ naſcitur ex certitudine S. B. ejuſque
contemplatu. Opponitur *Tergiverſa-*
tio, cujuſ princeps cauſa *φιλαυλία.*

(β) Proprii boni *aspernatio*. Quicquid enim proprium est hominis, malum est. Si quid bonum, summi boni aliqualis est *participatio*, plus minusve.

Hic firmum est fundamentum *abnegationis sui*.

Novit enim homo, se non esse *suum bonum*, adeo in aliud tendit, quod novit *verè & unice bonum*, ex eo, quod in se bonum *experitur*.

8. (γ) *Odium* omnium, quæ illud S. B. non sunt, neque ejus *participatio*. (δ) *Actionum intensio* ad occupandum illud bonum, desiderando, anhelando, æstimando.

9. Ad CONFORMATIONEM pertinet SANCTITAS, PURITAS, *in finitæ viis exerendæ*.

Puritas absentiam vitii, *Sanctitas* præsentiam virtutis notat. Utrumque in DEO. Ratio, quia Summum Bonum etiam in genere MORIS. *Amorem* autem conformativum esse constat, quippe ad Unionem tendit. *Similium est Unio*, cujus summus gradus, *Unitas*, *Identitas*: Clarius: *Amicitia* similes motes postulat. *Item*, nihil appetitur, nisi quod congruum & aptum, dulce, necessarium, jucundum, utile.

utile. Verbo *Bonum*; At *Bono* nihil est aptius quam *Bonum*. E. *sibi simile*.

10. *Puritas* ostenditur vitiorum fugâ, absterfione, imminutione, Evacuatione sui Nihili, qua *nihil* hoc est, Entia dependentia, & *Peccatores sumus*. Utrumque licet per *transennam*, agnoscit natura, imo *manibus palpat*, si emuncta sit.

11. *Sanctitas* effulget virtutum cumulo.

Velut enim Deus *ipsa virtus est*, virtutumque *speculam & Lex*, ita assimilamur, si imitamur *fulgidissimum exemplar*. Hoc quidem grave est agnoscere, *Causas*, an & cur aliqua virtus sit in DEO? Unde enim *rationem petimus*? an à regimine creaturarum, hoc *prudentiam & justiciam insinuat*; Unde *reliqua*? an à nobis ipsis, sensu conscientia? Forte Deus non peccat, quicquid faciat, *nobis Lex est posita*. Ita nonnulli.

Ex revelatione promptum est conjicere, in DEO dari *virtutes modo purissimo*, quæ præcepit. Unde verò homini eorum suspicio, qui rationibus meris ducendus & convincendus est? Verum enim vero *duplex subsidium* petimus, unde probemus virtutem in Deo: *Partim* ex speculatione perfectionis in exercitio virtutis, *partim*

E 5 ex

ex testimonio secreto conscientiae. Quis docuit gentes, DEUM esse spiritum limpidissimum, & flagitiis ad iram provocari? Non indiciorum erumpentium calamitas, quæ aliis causis, saltem fortunæ ascribi poterant. Idcirco virtutis elegantiam admirati, eam in DEO quoque collocarunt. Cedo vero elegantiam & perfectionem? Hoc quidem longissimum foret probare, utut facillimum. Breviter, quod rationi nostræ limitatæ convenit, quidni summæ rationi, cujus nostram animam ἀποκαταστασίῃ esse, ex virtutibus physicis intellexerunt gentes. Par processus instituatur in sphaera morum, & salva res erit.

12. Aliæ tamen virtutes *absolutæ* sunt, aliæ *certa quædam* nituntur, vel beneficii vel maleficii. *Absolutas* voco, quæ Rationi *ut sic*, nullo habito respectu conveniunt, *respectivæ* secus.

V. gr. Probitas, Veracitas, &c. absolutæ sunt virtutes; quemadmodum in DEO versus hominem effulgent; Ita *in homine* versus DEUM.

13. *Respectivæ* beneficio nituntur *vel* actus, *vel* status. ACTUS, si benefici-
um acceperis, gratitudo; STATUS,
quod

quod Creaturæ simus, *obedientia* requiritur.

He virtutes in DEO non dantur, DEUS enim aulæus in seipso est tota æternitate. Si vero quosdam actus exercet potentiz, justitiz, veracitatis, omnia ex uno fonte derivantur, quod conformiter agat excellentissimæ suæ rationis & nature.

14. GRATITUDO, laude, recognitione, ponderatione beneficii sedulâ celebratur.

15. *Status* Creaturæ & relatio versus Deum dicit, (a) *Fiduciam* erga Deum, cum *spe* bonorum prolixa.

Demonstro, Deus Summum Bonum & infinite potens. Alii rei, quæ NIHIL est extra DEUM fidere stultum & impium est.

16. *Resignatio*, qua dispositioni sapientissimæ se homo credit, cum sancta *credulitate & patientia* ILLA, dum persuasus est, omnia bene suoque comodo fieri; HAC, ne irascatur fortunæ, malis.

Liquet. Deus Ens sapientissimum, cujus ergo Regimini tutius committimur. Non sane nostro, quod lubricum, cæcum, miserum.

Cre-

Credulitas fulcitur conceptu Summi Boni, quod Tale nemini est malum; *Patientia* Jure DEI, cui licet dare & adimere pro lubitu. Et quicquid demat, superest adhuc *infinitum pelagus beneficiorum.*

17. His actibus adhæret *diffidentia sui*, ingenuus *Candor.*

18. Ex *maleficio* oriuntur [intellige peccato] *Dolor* de male gestis & *abominatio.* ILLE nascitur, quod *stultè*, HÆC quod *turpiter* egeris in benefactorem: De futuro cavet PRUDENTIA, Solertia Vigilantiæ in seipsum. Illa prospicit errandi peccandique occasiones. Hæc fomiti interno medetur.

Obligatio patet: Erratis enim summa *Veritas*, peccatis summa *Bonitas* læditur, contemnitur, quod *infandum scelus*, præsertim, quod peccato *dominium* excutiat DEI transgressor, Ipte sibi *Dominus factus* & *avulseratque* quod crimen est *læsa Divina Majestatis.*

19. *Unionem* cum DEO concernunt actus *dispositivi* & *formales*: ILLI sunt *vel remotiores*, *vel propiores.* Per *remotiores*, omne virtutis exercitium intel-
ligo.

ligo. Propiores, qui arctius DEI unionem attingunt; v. gr. Humilitas.

Cūr humilitas? Probo evidenter: Superbia enim est *nimia opinio sui*, cujus fundamentum *Boni proprietas*. Quando igitur superbit animus, sibi aliquid viadicat, *ne suum*, quod DEI est, eique *summam facit injuriam*. Et hæc Superbia omni peccato in medullis hæret, quod omne peccatum habeat *τὸ ἀντιπαρὰ τὸν θεόν*. Concludo ergo, Humilitas proximè accedit Deum, quoniam *Superbia* dissociat. Humilitate homo fit DEI, ut Superbia SUUS.

20. FORMALIS, Amor ingenuus, solitarius, non mercedis, sed *finis* ipsius causa.

Amor ipse est *unio & unio*. Sed videndum, ne partialitate vel obliquis respectibus inquinetur, quod nefas. Demonstrō: DEUS finis est ultimus, Ergo *solus regnet*, reliqua, quod mediorum tantum indolem habeant, finis naturam hujus intuitu exuunt. *Intentio* igitur in solum DEUM feratur, *Consultatio* fiat de mediis, h. e. uti dixi, circa *virtutem*. Ais, ac homo naturalis sine Spiritu hæc talia efficere non potest; quid inde? nihilominus fit homo naturalis tali demonstratione *ἀναλογία*. Lex gentibus inscribitur, nec tamen observarunt. *τὰ τὰ ἴσους*. Rom. II.

18. Sub-

18. Subnecto *preces*, quæ variis virtutibus diverso respectu cohærent. *Vel* enim sunt BONITATIS Divinæ, nostræque indignitatis Confessio, & ad *gratitudinem* pertinent; Si POTENTIÆ & nostræ Indigentia, ad *fiduciam*; Si JUSTITIÆ & nostri delicti, ad *Humilitatem*; *Vel* animi nostri ad DEUM anhelatio, ad amorem unitivum referuntur.

Loquor de *prece interna*. De externis pauld post.

Titulus III.

De

*Imperio Voluntatis in passiones,
& reliquis facultatibus
internis.*

I.

Voluntati *imperium* in Corpus indeque pendentem motus competit; αἱς κύραν @ ἕρω, sed nostro cum damno experi-

perimur, *ferali* nonnunquam diffidio corpus ab anima divelli, ut quod *hac imperet*, illud pertinaci *rebellione* infringat.

2. Quod fit *passionum intemperie*, quam ut mitiget, & ad auream mediocritatem revocet, *Ratio* omnibus suis argumentis & artibus efficere conatur.

Nostrum hic non est *passionum motus* recensere; Hoc enim ad *Physicos* pertinet, non medelam & curationis modum, hoc ad *Ethicos*, non usum persuasionis, hoc ad *Rhetoricos*. Hoc loco ponderamus, quid officii *is* in ordine ad *DEUM* incumbat.

3. *Passiones* variè dividunt Autores, nos nulli litem movemus. Optimè in *fuga & prosecutione* discrimen ponitur; quæ *diversam nomenclationem* pro modulo *grævus* in objecto, bono malove accipiunt.

4. Sciendum vero, alios in fermento vitii *naturâ* jacere, alios *frugi* esse, si corrigantur.

V. gr. *Invidia* passio est animi, quæ corpus & mentem inquinat, Deoque exosum reddit. Nihil enim in *Invidis bonum*, quod excu-

excusationem mereatur. Equidem in Substantia odium est, sed *objecti boni*, nempe felicitatis *εὐδαιμονίας*. Ut *Aristot.* definit. Rhet. lib. 2. c. 10.

5. *Corrigenda* passiones *vel habitu* peccant, ut Iracundia, ebriositas, *vel actu*, ut iratus, ebrius. *Hic* exæstuant casu, *illuc* consuetudine.

6. Alii *excessu*, alii *defectu* peccant, si passionibus obsequuntur, & utrumque vitium se tenet *vel ex parte actus*, *vel ex parte objecti*.

Hæc omnia patent ex *Ethicis*. Monendum unice est, motum passionis *ἀλογον*, evertere ordinem nature intra hominem, maximam *ἀλαζίας* causam esse extra hominem, iniustitia, scandalo, quæ in DEum, Legis, nature, & ordinis sui vindicem *veluti totidem injuria* redundant.

7. Quatenus autem Passiones in *sphæra Religionis* naturalis considerantur, *duplex officium* observari meretur, *Regiminis & Obsequii*. ILLUD in Voluntate, HOC in passionibus.

Dico in *sphæra Religionis*. Quatenus enim *ἀρρεστίων* operationum humanarum cum noxa valetudinis disturbant *τὸ πᾶν*, proximo-

passiones, & reliquis facultatibus intermis. Si
ximoque *πάθος* infligunt, hinc Socialita-
tis Leges, sine conservationis propriæ
violant, geminato vitio.

8. In Regimine Voluntati incumbit (a)
Vigilantia, ne occasionibus peccandi ir-
retita fomitem *τὸ πάθος* ipsa per negli-
gentiam excitasse videatur.

Intellectus præfulget, ostensisque vitiorum il-
lecebris diligenter monet, *pravi habitus*
causas & occasiones explicat. Apertis
hæc oculis videns voluntas caveat sibi, ne
pomum admordeat, quod latente veno-
no infectum est. *Ne feceris*, rea fit, quasi
pluris voluptatem desultoriam, quam con-
rumeliam Conditoris in peccato æstima-
verit. Ergo occasiones & offendicula
passionum sollicitè devitabit, *ejuratâ in-
vitationis libidine*.

9. (β) *Secundò* requiritur, *Initiorum eli-
sio*, juxta illud vulgatum: *Principiis ob-
sta, serò Medicina paratur*.

Id in passionibus sedandis utilissimum. Nam
si vires ceperint & flammam, *difficilis re-
solutio*. Ut lubenter facias, ipsa virtutis,
cujus honor in DEUM redundat, & op-
posita vitii fœditas invitabunt.

10. (γ) TERTIO, Passionum *motus*
ad optimum finem inclinandi sunt.

Ruentibus deorsum à monte quadrigis *tempore* salutem queritur, ne extra viam scopulis illidantur, ita *Passiones*; Nam à patris noluit DEUS λογικὸν animal, omnique carere motu, *facilium* Stoæ visum quam πράξις ususque rerum humanarum pateretur. Vis vero exemplum *Religiosa Passionis*? Iracundiæ corruptionibus seculi, Misereri hominum φιλοσοφία & viâ ad DEUM miserè carentium, odisse quæ DEO invisâ, amare, quæ grata & accepta. Quod ut eveniat, à voluntate expectandum, quæ continuatâ γυμνασία eò animum assuefaciat, ne motus cieat, nisi in causa DEI.

11. In *Passionum obsequio* requiritur præter memoratam modò directionem, *Raritas & Temperamentum*. Illa frequentiam, hoc æstum motus sufflammat. Indignum, quippe & DEO & ratione ad singulas occasiones excita. Turpissimum vero *passionum æstro*, etiam in causa fortissima sic inflammari, ut habenas excussisse moderaminis videantur, quod *Impetentiam* animi vocant.

12. *Vis demonstrandi* quoad hoc officium sita cùm in generali ordinatione ad Summum Bonum; Quid enim insolentius, cœlum passionibus cum terra

misc-

miscere, cum DEI nihil interfit: *tum* in dignitate virtutis & hominis. Quæ enim ex homine brutum, ex venustissima creatura sentinam squaloris fœtorisque plenissimam efficiunt, næ, correctione indigent & fræno. Ne quid dicam de *conformitate* cum DEO, qui *vel* in tranquillo versatur, *vel* actiones, quæ passionum nomine *arbitrariis* venire solent, rationis æternæ adminiculo disponit & temperat.

13. Inter reliquas *facultates* invenio, *Memoriam & Phantasiam*. ILLAM Idearum materialium conditorium, HANC verò fabricam.

14. Utriusque ratio habenda in *puncto Religionis naturalis*. HUIUS quidem ne veritatibus de DEO eruendis, inciviler nimis se ingerat, & decisionis partes sibi in rebus materiæ expertibus petulanter sumat. ILLIUS, ut Summi Boni nunquam obliuiscatur.

Phantasia ingens beneficium, si maneat intra limites. At quantum, obsecro, noxa datum in *Regno veritatis*, cum *materiali imagine* abstractas & *Divinas veritates* Philosophi metirentur. Cujus mali sensus ipsum revelatæ veritatis ergasterium Theologiam non uno loco persuasit. *Memoria* illud ingens detrimentum deprehendimus mortales, quod bona repente effluant, nugæ, quisquilæ, pudendi sermones, & ipse Error, *trabalsibus sæpe clavus* infigantur; *Quid consilis?* Purgandum hoc sacrarium à facibus, *studiosa* inutilium *oblivione*, & deuo gravioribus *Idæis* implendum est, quod fit *assuefactione*, *Meditatione* *Divinorum* & *Repetitione*, quæ *oblivionis* antidotum.

Titulus IV.

De

Cultu externo in genere.

I.

Actiones humanæ **EXTERIUS** conspicuæ fundamentum habent in actu mentis invisibili & elicitio. Quod præmonere liceat.

Dico

Dico humana. Dantur enim actiones animales, in scio animo, sed quæ *αὐτῶν imperata* vocantur.

2. *Internos* actus propter arctissimam mentis cum corpore connexionem in exteriores sensus profluere posse, *ἐπιμαχία* constat; Quidni *devotionem* & pietatem, quæ vehementius aliis cogitationibus animum percussit?

3. Id maximè quæritur, an necessum sit *prodere* mentem, si DEUM colas, de quo negotio distinctius respondendum. (α) SEMPER *id necessarium* esse haut arbitror, secretum pietas sæpissime amat, utpote *ostentationis* inimica; (β) Nec *omne* genus *devotionis* in vulgus emanare debet, v. gr. Eleemosyna in honorem DÉI. (γ) Aliquos tamen constare aliis, exteriusque ostendi necessum est. Id *vel* causa DEI, *vel* nostra *vel* aliorum. *Iterum* vel in omni casu, *generatim*, vel *speciè tenus* in cœtu solemnè.

4. *Causa* DEI Religio quoque *corpus*

occupet, cum sit actus hominis, qui non solo *animo*, sed & *corpore* constat; Et quoniam ministra est actionum mentis, corporea instrumentorum moles, quidni sancto proposito ad Deum & illa dirigatur.

Non tantum *quæ* corporis *viciis* Jejuniis, Voluptatis subtractione, &c. quæ in sensus omnino incurrere possunt, sed etiam *quæ* conformitatem cum internis, ut de humilitate, devotione, Amore, intensiore actûs, *exterior corporis habitus* testetur. Non quod *absolute* necessum sit, sed quod *sponse* affectum animi motus corporeus sequatur, & nisi alia impediunt, consentaneum sit pietati, etiam motus *externos*, vel cessare omnino ob internarum reverentiam, vel *justa* dispositione sanctificari.

5. *Nostra causa*, cum soli simus, per *viciis* corporis, ejusque ad Religionis honorem castigatos motus, privata devotio, contemplatio *nutritur, fulcitur*.

Hinc Gentilium Luci, *templa, sacri secessus*,

6. Potissimum vero *interest aliorum*, totiusque generis humani, ut religio *exteriorius*

terius quoque in actibus corporis, promi-
neat, *vel* Confessione linguæ, *vel* ha-
bitu membrorum. Idquæ ut dixi, mo-
do universim, modo certis casibus, & in
coetu. Illo modo aperitur: **AN ET
QUID DE DEO REBUSQUE DIVI-
NIS SENTIAS.**

Quod ut resciant alii, *salus* exigit hominum.
Nam intuta fides inter eos, de quibus in-
certum, *an* DEOS colant *vel* secus. Ratio;
Quoniam si actus inter homines juste ex-
ercendi, Numinis cujusdam reverentiâ
nitantur, *sublato ejus metu*, ad arbitrariam
honestatem mutuum inter homines com-
mercium delabitur, quam si metus peri-
culi absit, *vera libido* infringit. Quo casu
diffidentiam inter mortales oriri *summam*
atque *hostilem* necesse est, quod sublata
Numinis professione, vinculum humane
vitæ palmarium reverentia Legis N. in
ambiguo versetur.

7. At quid de DEO sentias, cum *lin-
guæ fallaci* sine alio testimonio credi non
debeat, præsertim si mendacii fœditas
rudibus ingeniis perspecta nondum sit,
jungetur *constans* professioni *actio*, ex

qua Veritatem oris per reverentiam gestus metiri liceat.

Ergo fides habenda non est homini, qui DEUM se credere profiteretur, DEOS autem vel DEUM *irreverenter* habet, vel cultum apud alios introductum insuper habet, nisi meliorem sciat vel doceat. Quandoquidem *venerabile DEI nomen* cultum individua necessitate post se trahit, quem interius latentem, nisi *exterius* prodas, in *meritam suspicionem* etiam interna vocatur.

8. Eapropter *nihil patrandum* est ab homine, quod *vel* positive, *vel* private internæ pietati in Deum, saltim præsumptæ, contraveniat.

Private, ut omnis actus reverentiam proidentis *omissio*. *Positive*, contumeliæ in DEUM, propudiosa negatio, irrisio; quod *Atheismus* in usu positum inter medios Christianos. Proh scelus!

9. *Ad vim demonstrandi* adductam refertur aliorum nostro exemplo *corruptela*; Indignum vero est, aliis medium eripere, quo frugi sint; ne dicam, quod stolidum sit, propriam evertere *securitatem*.

Explico. Qui Atheismum linguâ & opere profiteretur, alios in simile vitium rapit.

PO-

Ponam id fieri: *Securus non ero*: Nihil enim mali & facinorosi ab homine metum Numinis ridente non expectatur, & quidem ab auctoribus *funesta opinionis*, qui à propria malitia ad aliam facile arguerantur.

10. De cultu Religionis *publico* discimus è Scripturis, eum Divino Numini per omnes ætates placuisse. Et postquam familiæ latius dispersæ in civitatum formam coaluerunt, nullo cæmentio ligabantur magis ac publico Religionis exercitio.

Ajunt Pseudo-Politici, id non necessitate quadam seu stimulo conscientiz factum, sed ingenio, quod viderent homines, vim *merâ conventionis* nixam nihil solidæ autoritatis habere. Metu cujusdam numinis & persuasione, coërcendam libidinem, quæ jugi perçusa & obsequii, aliàs in varia flagitia ultro exæstualet. *Non nego* Religionis etiã hunc usum esse. Sed quod consilio debeat, non conscientiz, nemo dixerit, nisi quem *Furores Atheistici æstui* in præcipitia funestarum opinionum fundamento carentium abripuit.

11. Verùm non *historiã* sed demonstrationibus standum est in hoc foro; Et

si *quaritur*, num præter solitudinem publicè & in cœtu Cultus DEI formandus sit, *affirmativè* omninò respondendum est, *partim* ex eo, quòd, qui in societate degunt, facere debent, quod societatis interest. *Interesse* verò arbitror, si metu Numinis & cultu vinculum mutuæ amicitiae stringatur. *Partim* quia solemnitati vis major inest, ad finem, quàm si sejunctis studiis idem opus peragatur: *partim*, quia publico cultu conformitas opinionum nutritur, cùm diversa sentire in rebus Divinis magnæ sæpiùs Calamitatis causa fuerit.

Equidem non diffitear, societatem aliquandiu subsistere posse & tranquillam, *sine professione* Religionis, solo pœnæ metu. Sed ad *Bonè esse*, quod vocant, ad perennitatem & certitudinem conducit Religionis *scientia & adparatus*. Adparatus *inquam*, qui altius animis fingendis ad honestatem imprimitur, quàm si fugaci & *transitorio* ritu, qualis inter privatos solet, citò ex oculis evanescat.

12. An certa dies & quidem *septima*
DEO

DEO consecranda sit, dubitare nos Decalogus non finit. Affirmare tamen non ausim, *septimam* quamque diem, & *totam* DEO consecrandam esse, ex radiis naturæ nostræ præfulgentibus agnosci.

Cedò probationem? quam ex Historia Creationis *valido argumento* adducunt, sed in eos, qui Script. lumen admisere. Quid *hebdomadi cum natura?* quæ non refragabitur aliquam diem DEO sacrandam eligi inter plures: Approbabit institutum, si sæpius DEO vaces, si Summum Bonum sanctis Mysterijs celebres, **QUOTIESCUNQUE** tibi integrum erit; ac certæ Diei, & quidem *septimæ, nullum* in ratione superstite *fundamentum.*

13. Cum itaq; ex allatis pateat *Religionem Externam* per notabiles sensu actus celebrari, per signa inter gentes recepta manifestari solet; v. g. per loca Venerationi Deum destinata, per ludos solemnes, sacrificia, consecrationes, vota, nuncupationes; de quibus *sigillatim* omnibus differere nostrum non patitur institutum.

Templa originem & auspicia, si nomen spectes,

ctes, à contemplandis avibus habuère. Sed loca præsentis Numinis dicata, *originem* summæ debent *antiquitati*, ut & persuasioni, ubi Benè homini fuit, id beneficio acceptum ferendum præsentis cujusdam Numinis. Hinc sylvarum, fluminum, &c. *consecrationes*, velut præsentis DEI vestigia, adyta, & instrumenta. Qua de re *Mythologi*. Ludi solemnitates erant publicæ, quas plerumque Venerationi alicujus DEI, post acceptum *publicum beneficium* dèdere. Quò pertinent aræ, anathemata, & excitatæ Templorum strues veluti *promerendis Diis*. De sacrificiis & votis non nihil inferius.

Titulus V.

De

*Factis ad Religionem externam
pertinentibus.*

I.

Quibus actibus DEI honorem prosequi dignum sit, suâ tantùm decem-pedâ in Naturalibus *ratio* metitur, nec alteri alter Legem ferre potest, nisi vis à *superio-*

periore accedat, ut cum *sententiis* de DEO conspirent, *unam* quoque colendi viam ineant. Nec video rationes *in natura* *sitas*, quæ ad *determinatum* colendi modum alligent.

2. *Illud* verò homines *ultrò* agnoscunt, Nihil in sacris patrandum esse, quod *Naturali pudori* & *Iustitiæ* obluetur.

Nam ex hoc puncto præcipue damnata sunt *Sacra Eleusina*, foedis criminibus passim notata. Et quis adeo *sua rationis obliviscitur*, ut credat, id *Sanctissimo Spiritui* placere posse, quod ne oculi quidem *hominum castiores* patiuntur; Id ad consolidandam amicitiam facere, quod disgregare amicos homines facinoris atrocitate aptum natum est. Huc refer *Gnosticorum mysteria* & *Priapum* apud gentiles cultum.

3. Id potius non obscure indigitat *emuncta ratio*, omni studio allaborandum esse, ut legitimis *factis* & illustribus, *gloria Summi Boni* promoveatur.

Id postulat *Lex gratitudinis*, quam omittere, præsertim erga summos benefactores turpissimum & naturaliter execrandum. Quid enim horret magis natura, quam si suo *beneficio* aliquid *alters* accesserit, *hic ne verba*

verba quidem rependat, aut bonam voluntatem, quod foeditissimum ruptæ **ÆQUALITATIS** facinus! Multò igitur *magistroferenda gratia*, cui præter gratias dare nihil possis, quod fit commodissime *prolati nostrâ operâ gloriis Divina terminis.*

4. *Factorum* huc spectantium *alia* ad linguam, *alia* ad reliquum corpus referuntur. *Lingua* precibus, professione, Laude cantuque defungitur. De *Precibus* initium juxta illud: *A Jove Principium*; *ἐκ Διὸς ἀρχή*, intellige, quem felicitis auspicii causâ invocavimus.

Id *veterum gentiliam* pietati solemne erat, quicquid agerent, vel bellum ordirentur & pugnam, vel iter instituerent, vel colonias traducerent, ut verbis & ritibus quibusdam **DEOS** in vota vocarent, belli, terræ, rerumque agendarum præfides & tutores. Id faciendum esse *ratio suadet.* Ex *Hypothesi* **DEUM** esse omnium rerum finitorem, quid consultius, quid necessarium magis, quam illum *in partes* vocare, qui neglectus ulticui contemptum potest, *miserando capti exitu.* *Atq;* id *clàm* fieri potest. *R.* At *palàm* fieri debet, in negotio *publico*, atque interest singulorum animos erecto per spem animo, ad opus accingi, quæ spes *solemnis prece* multum juvarur.

5. De

5. De professione jam dictum, cum DEum esse ex animo asseveramus; quæ pars fundamentalis est omnis circa Deum *Λειτουργίας*. Quæ si exulet, reliqua in *histrionicam* scenam permutantur. Hic eam intelligo, quam, quicquid boni nobis accidit, *non* Fortunæ, *non* nostris viribus, sed DEO, omnium rerum *Directori* acceptum ferimus.

Stultum est, & insanitæ propinquum, Fortuna, tanquam Numini cuidam ascribere, quod gratum nobis citra expectationem evenit. Nihil est Fortuna, quàm actuum rerumque divinitus, statuto ordine sibi invicem succedentium ignorantia. Præterea viribus suis nihil tribuit, qui interesse Numen omnibus rebus & quidem proximâ curâ, qui dirigere ad summum finem omnia meminerit, id quod alibi probatum supponimus.

6. LAUDES canere, *antiquissimus ritus & Lætitiæ signum.*

Quod testantur vetustissimi Poëtæ. Eapropter humanissimis olim gentibus pietate sua accedit, qui eum sonorâ vocis gratitudine exhibeat.

7. A-

7. *Actus reliquum corpus* concernentes; gestu rituque absolvuntur. *Gestu* quatenus humi jacere, manus expandere; tundere pectus &c. inter externas DEI venerationes & signa humilitatis habebatur.

Etiā hodie Indorum nonnulli, quos putant, *Sanctiores*, longa statione, nuditate, molesto & continuo corporis flexu, vel expansione, magnam apud suos pietatis estimationem venantur.

8. RITUUM titulo veniunt *instituta* veterum multivaria, quæ augendis & ornandis sacris observari tot retrò seculis præceperant.


Numero iniri non potest; cumque primùm ab *antiqua simplicitate* delapsi erant mortales, cum venustate rerum civilium, etiam RITUS in melius mutari, augeri, & majestatem quandam induete cœperunt. Et si dixerim, Totum ferè Religionis paganz ambitum nihil ferè *præter ritus* varii generis complecti, à veritatis lineâ forsan non aberravero. RITUS in historiis leguntur, quæ Religionem gentium unâ cum incrementis & decrementis rerum civilium observant.

9. Rituum quandam necessitatem imponere videtur, Actionum & indolis humanæ *Conditio*; HÆC ab oculis multum pendet, ILLÆ à ritibus majestatem accipiunt & venerationem.

Nemo ad virum se digniorem, Regem, Principem accedit, sine ritu venerationis, quem negligere, *ositantiam* arguit & contemptum. Quin ergò nec ritibus parcendum erit, cum ad Summum Numen publicè accedimus. Id *omittere* apud alios scandalosum foret, præsertim cum præsentibus DEOS in templis & Idolis venerari *Mos* exigeret.

10. Relicta sibi ratio, & à facibus rudioris seculi purgata, ut rituum solemnia ad genium Theologiæ naturalis feliciter instrueret, ita confestim agnoscit in ritibus paganis, usu & antiquitate tritis, quam plurimos à rationis sanæ confinio miserandum in modum aberrare.

Quos inter ipsam *Idolatriam* Paganismi animam recenseo.



Titulus VI.

De

*Monumentis Publicæ Pietatis
& Privatæ.*

1.

NON sufficit actibus *transitoriis* celebrare DEUM; Veluti enim ad gratitudinem hominibus contestandam, verbis *dona* addimus exituro pietatis Monumento. Ità consentaneum est pietati ergà Venerandum Numen, constans aliquid, nec mutationi momentaneæ obnoxiam ponere *memoriam*.

Via causam? *Ratio exigit quod optimum.*

Quamvis memoriz non succurratur DEI, hoc remedio, succurritur tamen illi *Societati*, quam egregiè iuvat, illustribus ejusmodi *monumentis* ad pietatem avocari.

2. A *privatis* ordior, quæ cùm intrâ domesticos parietes latitant, nonnisi inter *familiares* laudem habent; si excipias bonam *educationem*, ejusque, adjumenta.

Edu.

Educationis certè primarium absolvit punctum; *Nosse & Vereri Numen.*

Quapropter Lege naturali injungitur *Patrifamiliàs*, ut quod ipse cognoverit salutè conducere, & ingentem noxam amoliri, reliquis occultum esse non sinat, quos sua creditos fidei novit. *Miraris sententiam? Probo cum ex eo, quod officia humanitatis postulant, id fieri aliis, quod ipse vellem. At vellem nosse & venerari DEUM, siquidem necesse sit, ut res ipsa clamat, tum ex eo, quod Societatis firmamento, securitati & felicitati consulitur, si nutriantur in Cognitione DEI familiares, quicumque sint. Priora non egent probatione; Nec ultimum: Quis enim dubitaverit, si DEUM benedictionis omnis auspiciem credat uberioribus incrementis familiam suffultum iri, si bonis & ad DEUM erectis mentibus impleatur.*

3. *Adjumenta* educationis, seu (ut prolixius cum verbis mentem extendam) *Correctionis & Regiminis* domestici, sunt crebra DEI RECORDATIO, bonumque Pietatis *Exemplum.*

DEI non recordamur, nisi *quà vindicis, justi, sancti, quod monere sedulo, quanta n-silitas.*

4. Et interest UNIVERSITATIS humanæ, privatâ pietate *duraturum* in animis *monumentum* poni. Hac enim ratione salus publica & tranquillitas promovetur, ut & DEI gloria, cujus non infima pars est, si homines ad *societatem* conditi, finem suum *virtute opitulante* assequantur.

5. *Documentis publicis* tota scætet *Italia & Hellas*, quarum rudera admirantur Viatores, & celebrat nostræ ætatis memoria. *Belli* rabies plurima abolevit, plurima *Christianismus* alio cultu commutavit.

6. MATERIA duraturæ in DEOS gratitudinis apud moratissimas hæc gentes, statuæ, templa, tumbæ, fuerunt, unâ cum rebus *privato profanoque* usu exemptis.

Ita *Romulus* Jovi *Feretrio* templum erexit, primus urbis conditor; de sexcentis aliis ejusmodi templis, post veteres vide *Rosinum, Donatum, Lipsium, & nummorum Analy-*

nahstas. TUMBAS memoro, quatenus vel hominibus inter Deos relatis, vel absurdo ritu, vel *DII S Manibus* dicabantur.

7. Huc refer *actiones*, qua transirent quidem, sed ob *solemnitatem* operisque rariorem eventum & causam in *fastis* consignarentur, mansuro ad posteros usque pietatis *exemplo*.

De quibus obiter tit. ante. §. 4. & 13.

8. QUÆRI potest I. Ubi JUS sit Monumentum pietatis statuere? U. UBI τὸ κέρων habes, vel ex permissione. ILLUD datur in proprio fundo; HÆC à Magistratu *positivè* vel *interpretativè* à populo non oblucente.

Sic inter medios Barbaros *monumenta fidei* surrexerunt; sed non sine *munimentis*.

9. QUÆRITUR II. An liceat *evertere*, vel in alios usus *mutare*, quæ DEO *sacrata* sunt? R. *Hypothesis* de cultu extrà Ecclesiam loquitur, e. g. de templis *falso Numini* consecratis, ita & *evertere* & *immutare* licet, quod *affirmamus*.

Ratio, quia *Cultus idolatri*, & in fine, & in *materia vitium* habet. Hinc ut *profane*

domus destrui potest, pace belloque, ubi necessum sit, vel sanctioribus sacris locus imbuti. *Aliter* sentiendum, si in fine & substantia non peccatur à *Dicatoribus*, *Modus* tantum à sincera veritate aberrat, vid. inf. Sect. III. de temper. belli. De reliquo, quæ in *DEI* sunt *pecunia*, temerare vellem perulantiâ id summus Impietatis gradus habetur; Nam cum in *DEUM* *favere* nequeat, in dona ejus contumeliam evomere voluisse præsumitur.

10. Circa OBLIGATIONEM publicæ ejusmodi contestationis, observandum, quod plures non constringat, quàm qui possunt, nec nisi pro modulo fortunarum. Id tamen horret in omnibus recta ratio; si (α) nimia fiat profusio. Cui enim bono? (β) Si ad ostentationem pietatis fiat, non *Exemplum*. (γ) Si pretextu sanctimonie & gratitudinis in DEUM privatum famæ aucupium contegatur.

Id est, si pietas nequitie nostræ & superbiæ operculum fiat. Quo nomine quævis *irregularitas*, & exors Sanctitatis *jalectantia* rejiciuntur. Quis enim ferat, eum, qui DEOS hominesque ludit, & optimæ virtutis specie, ad fastum & ambitionem abutitur. Sic *Hospitalis domus* quæ vocant, non sine pec-

Titulus VII. De Sacrificiis & Votis Monita. 103
peccato exstruunt Christiani, & menti-
untur, si ore gloriam DEI præferant, suam
vero inscriptis publicè titulis aucupentur.

Titulus VII.

De

Sacrificiis & Votis Monita.

I.

Specialius hinc tango, quod VOTO-
SRUM nuncupatio, internam devo-
tionem, sacrificium verò externam Reli-
gionis professionem imprimis attineat.
De sacrificiis multa disceptantur, sequen-
tia tamen è multis potiore merentur
animadversionem.

2. (a) *Sacrificiorum ORIGO*, haud
dubie revelationi divinæ, primis homi-
nibus factæ, debetur, qui cultus postea à
fidelibus ad gentiles promanavit.

Nam quia Sacrificia V. T. futurum Messiam,
pro genere humano aliquando mactandum,
adumbrare debebant, placuit DEO, in hu-
jus rei memoriam illa instituere, simulque

G 4

indi-

indicare, ejusmodi cultum per sacrificia sibi *non displicere*, si modo ea, exemplo Abelis, *in Fide* offerantur. Ebr. XI. 4. Confer Dn. D. Alberti Compendium J. N. Part. 2. cap. 1. §. 15. p. 48.

3. Sacrificium (β) *proprii nominis*, quod à Græcis *θυσία* vocatur, ab occidendo seu mactando *adpellationem* habet, & *significationem*, quapropter rerum vitæ carentium non est sacrificialis *oblatio* sed *Consecratio*.

Oblationes quidem Consecrationes vocantur, generali usu vocabuli.

4. Fiebant (γ) *promerendis DIIS*, vel *Expiandis*.

Promereri se DEOS posse, gentiles conjiciebant, ex actionis dignitate, tanquam *Amoris signo*. Rationale enim & acceptum est, *Amari*, præcipuè DEO, qui *Amor totus*, &, ut amaretur, *Amorem* condidit.

De *Expiatione* dubias quidem cogitationes volutabant, nec firmandas, nisi *fabulosa Historia* relatu, quatenus ingruentibus malis, & post sacrificia cessantibus, *aliquid posse victimas* circa placandam iram Numinis credebatur. Sed hunc sacrificii usum ex *κακοζηλία* veræ Ecclesiæ originem trahere *suspicio est*, quod DEUS *Israëlis* placamenta scelerum in *victimis innocuis*

noctis præcepisset, nec Rationi satis aperta sit connexio inter *Mortem bestia* & positam *Numinis iram*; Nisi statuatur, quod *to ægyptis* *Justitiæ Divinæ* in *Philosophia gentilium* non adeo pelluxerit, ut ingenuo quodam humilitatis actu eam mirari posse, *dubitarent*.

5. Quod verò *spurcissimis* nonnunquam bestiis litaretur, *illusione* quâdam superioris cujusdam potentia, *Mali Genii*, factum videtur, vel ex certâ quadam *ratione & Physica & Morali*, quam satis hodiernum penetrare non possumus.

Præsumptio tamen est pro viris prudentibus & *sapientibus*, eos nihil, quod rationem everteret, ordinasse. Nisi forsân *Antiquitatis*, & *superstitioni* permittendo multa cesserint. Quemadmodum *in Ægypto* *Mexicanorum* mala *Juris* in captivos explicatio sustentabat.

6. De *Votis* interiore mentis actu, *Philosophi* non minùs ac *Theologi* disserunt. *Hi* quidem pressius vota *Judæorum* examinant, *Illi* actus *Moralitatem*, *Jus* & *vincula* contemplantur.

Votum hic non pro *devotione*, à devovendo, non pro *juramento*, quod votum dici potest,

cultusque DEI, non pro *desiderio* & *imprecatione* boni eventus sumitur, sed pro *actu* animi versus DEum, promittentis aliquid sub *conditione* *Eventus*.

7. VOTUM *quatuor* complectitur
 (a) *Promissionem* DEO factam, alicujus rei vel actus (β) *Consecrationem* ejus quod promittitur (γ) *Conditionem* à quâ promissio pendeat. (δ) *Executionis necessitatem*, si *Conditio* posita fuerit.

8. Primum est PROMISSIO, Adeoque non merum *desiderium*, & *optatio*, ut aliquid fiat: *Rei* alicujus vel *facti*. Ubi quæritur à *Moralistis*, an quæ sub obligatione præstationis jam sint, sub *votum* cadant? *Respondetur*. Utique non cadunt actus, qui strictissimam habent debiti interpretationem. v. g. *Neminem occidere*; sed quæ omitti possunt ex regulis *prudentiæ* *bonæque conscientiæ*. v. g. *Dare Eleemosynam centum thalerorum*, ad hanc enim summam præcité non obligor. De *ἀδιαφόρως* constat, quod *vinculum* *votò* accipere possint.

9. Secundum est *Consecratio*, per destinationem rei actusve, ad DEI honorem testandæ gratitudinis ergò, non alia causa.

Hinc materiam intelligis *Consecratione* dignam, quæ in rebus vetitis non datur.

10. *CONDITIONEM* tertio loco, Votum respicit, non quod voveri DEO citrà conditionem nihil possit, sed quod ferè *nunquam* aut *rarius* eveniat.

Ergo non omne votum respicimus, sed *usitatum*, præsertim inter gentes.

II. *Palmarium* est *Executionis necessitas*, quàm, ut in sponsione omni & promissu eludere injustissimum est, ita in votis DEO nuncupatis præstatio v: *Justitiæ* exigitur, cùm voto *Jus in alterum*, præstitâ conditione, *plenarie* translatum sit,

Liquet veritas, si nullâ causâ solvatur. Sed si ob molestiam non prævitam solvere votum grave videatur, *quid agendum?* R. *Impossibilia* excusant, pro nullo enim votum habetur. Sed ad *molesta* datur obligatio, etsi non prævisa, ob *favorem Religionis*, & nisi *alio ex Capite* voti solutio *injustitiam*

in

in DEum proximumque implicet; quo intuitu *Corban* Judæorum damnatur. Matth, XV, 5.



PARTIS II.^{dæ}

SECTIO SECUNDA.

De

Justitiâ versus seipsum.

QUOD JUSTITIAM VERSUS SEIPSUM homo servare, sibi-que ipsi injuriam inferre possit, dubium non est pensitanti *naturam* ejus, quæ *cogitando* in seipsam reflecti potest. In *reflexione*, quâ Substantiæ Spiritus expertes carent, continetur *fundamentum*, ut *à se* quasi *alienus* esse, & forinfecus in seipsum agere possit, qui cogitat: Unde sibimet *ipsi imperare*, inque sinu *regnum* gerere homo dicitur, quod ut *regat*, legi-
timè

timè *custodiat*, *tueatur*, omninò *Jure* quodam opus est. Equidem singula *Entia* ab interitu abhorrent, ut *Summo Malo*, nec commendatione externâ indigent, cum quodlibet *Ens* sibi naturâ sit *Commendatissimum*, & falluntur, qui suâpte indole *Creatas* substantias ad interitum **NIHILUMQUE** suum vergere statuunt. Ita nec homini deest *Studium* & *Amor* sui, quo se ad pulvisculum usque profequitur. Nil timet magis & averfatur, quàm quæ *vim, dolorem & mortem* inferre possint, & triste quid minentur; *Vicissim Medis* invigilat, quibus domesticam salutem promoveat & tueatur. Nec deest *Ingenium*, quo cavere nocituris & pervestigare salubria sibi, didicit. Quæ *Philauia rationalis*, nisi præter *Jura* exorbitet, adeò *peccati suspitione* contaminanda non est, ut *Amoris* in proximum *Regula sit* & *Auspex*. Valeat *Stoicismus* ille, qui, ut *Virtuosi* simus, ipsam naturam

NON

non corrigit, sed EVERTIT. Cæterum, quod *vitium* nimis adhæreat nobis, & via pateat ampla satis ad excessum, si Amor studiumque sui Justos limites transfiliat, de *Iure* cogitandum erit, cujus observatione sapiens illud animal, homo, Modum actionibus suis ponat, ne se *amando nimis*, alios DEUM proximumque lædat. Omnis, ni fallor, *injustitiæ* mater est *Φιλανθία*, quæ ipsa jam, ob excessus frequentiam in *nomine* vitium ostendere putatur, *Φιλανθία* inquam *irregularis*, quæ, quod in propriam salutem flagret, odiis nocentium, suspicionibus, irâ, vindictæ cupidine, & mille malis motibusque exagitur, propinquo homini, cujus sodalitas amicissimè colenda erat, beneficium debitum subtrahit, nec Pudorem violare indignum æstimat, si *cæca passio* rationis magisterium excusserit. Quamobrem duo imprimis observare licet, quæ circa *Custodiam sui* considerari-

me-

merentur, *Lex iubens*, ne propriam salutem negligamus; *Lex vetans*, ne præter mensuram id fiat, & invitâ Ratione. Prior illa licentiam nobis adimit, *disponendi de vitâ & salute nostrâ*, prout libido nostra, & magnum illud malum *desperatio* tulerit; *Posterior Lex* ardorem nimium propriæ Conservationis restinguit, moderatur, quantumque liceat in periculo, justis rationibus ostendit. Quod ut *προθεωρητικῶς* loco melius & clarius percipiatur, sequentibus præcipuè thesibus includo.

De

Obligatione ad Studium sui.

I.

STUDIUM sui omnibus connatum est, ut singulis Entibus, ita *agenti* magis *rationali*, quod perspicacia pollet & ingenio.

2. Hoc studium inter *πρωτα της φύσεως* numeratur, quæ validissimo *instinctu* nos urgent.

πρωτα

Præter illa se exerunt, etiam *nesciis* nobis, nec *advertentibus*, v. gr. qui casurum in caput lapidem prævidet, qui per scalas inopinato præceps datur, manum brachiumque custodiæ & salutis causa objicit, quod *consilium*, rationis *prudenciam* anteverit. *Naturale* enim est & congenitum.

3. Ita experimur nativo *instinctu* animi *Vera, Scientias, doctrinas*, appetere, ita enim *alitur, nutritur, ornatur*.

Sic etiam *Rusticus* scire amat, sed pro modulo cerebri & fortunæ.

4. Nec minus corporeæ functiones suo commodo prospiciunt, *Stomachus*, v. g. *coquendo, vulnera coëundo*, [id quod *naturam*, sive naturalem corporis motum, ad conservationem totius adpellitant] Quidni TOTUM sui Studiosum sit, quum partes *seorsim* suo officio defungantur.

Partes ordinantur & collimant ad *Totum*; Totum horret à *locis*. Quis nescit, omnes *Mundi partes* laborare, ut *totum* conserveatur.

5. *Studii* in *seipsum* argumenta habemus palmaria METUM malorum &

IN-

INSTINCTUM generationis. Illo
singulare animal, homo, Hoc genus ejus
conservatur.

Præsumit ille ad Venerem, idem quod *conatus*
est in plantis ad producendum simile. In-
dividua *Mortalitate* intereunt, generatio
mortalitatis est *remedium*, ut sublati indi-
viduis maneat *genus*.

6. Minimè autem sufficit, naturalis
instinctus stimulo negotium hoc arduum
committere, facilè enim contingeret, ut
suborientibus causis, homo salutem
suam & conservationem quæ Individu-
um, quæ Genus, neglectim haberet, vel
penitus pessundaret.

Exempla sunt in promtu. Quot sunt, qui
rimio motu, à callu, Veneris usu, Morbos sibi
ultra procurant & mortem, quot sunt,
quos magna quædam calamitas, fatiscen-
te prudentia in præsens vitæ periculum
conjicit? quod etiam in bello, præmii lau-
disque studio fieri solet. Et annon dan-
tur *holocaustis*? Nemo refragabitur *nece-
sari*, ut in Justitiam hujus rei inquiretur,
& an liceat pro arbitrio *studium sui* vel in-
hibere, vel penitus abjicere.

7. Proinde ad obligationem deveni-
tur,

H

cur,

tur, cujus intuitu, non ex libidine, sed Lege injunctam nobis esse salutem intelligimus, non *commendatam* duntaxat instinctu τῆς φύσεως, sed *preceptam* auctoritate superioris sc. DEI.

8. Unde verò hoc agnoscimus? (α)
 Ex ipso *instinctu*. Hunc enim *motum* Conditor nobis impressit, qui vitam dedit, *ille* etiam necessaria ut vivamus.

Argumentatur ratio; *Quicumque vult finem, vult etiam media.* Sed DEUS voluit finem, ut viveremus; Cur enim nos condidit? Non eum in finem, ut proximâ horâ splendidum hoc ædificium denuò corrueret, sed ut *perennaret in laudem artificis*. Atqui vivere non possumus, nisi *studio opitulante*, Salutis instrumenta, Defensionem præcipuè, expediamus. E. *Licet*.

9. (β) Ex *calculo recte rationis*, quatenus nos nostri Juris non esse, sed, alieno, h.e. Domino, subjacere colligimus. At si alterius *peculium* sumus, non αὐτοχρηταίς, quin de nobis pro arbitrio disponamus, NON LICET, Consequenter beneficium illud, quod DEUS dedit, vi-

ta v. g. tamdiu sollicitè conservanda erit, usque dum ipse dirhibitor eam revocaverit.

Quis Tibi, o homo, Jus dedit, ut pro libidine tua, summum quod ipsius DEI opificium & beneficium destrueres? *profer tabulas.* E. non licet, ergò vetitum est, se occidere? Unde enim novimus, id voluisse Dominum, ut quod ad usum nobis concessit, destrueremus? Potius tota *natura* reclamat, horret facinus & abominatur.

10. Denique (γ) Colligitur ex *sine societatis*. Hæc non colitur, non servatur, si membris & partibus *liceat*, quod *velint*. MODUM accipit à Societatis salute, Ratio, ut quantis vitam objicere periculis liceat, quæ subterfugere, quæ pertinaciter & justè amoliri, & sciat & determinet.

Societatem intellige, quam superius vocavi *indeterminatam*, quæ homini homo aggregandus est, ut mutuo amabilique consorcio, vitæ solacium accipiat. Ad hanc enim *generatim* homo inclinât, ut sine socio vivere miserum & calamitosum ducat, Post *Societas specialis*, eaque antiquissima succedit, quæ duplex instinctus satiatur,

alter ad societatem in genere. alter ad propagationem generis, sine hac Maritali Societate non obtinendam. Jam vero ad Societatem nascimur, nec tantum naturam eò impellimur; Sed si divinitus quoque destinamur, quod alii centum argumentis probatum dederunt. E. Qui ad Societatem nascitur, ejusque summa destinatione pars est, ille non suo arbitrio, sed Jure ducitur, nec in se licentiam habet, quam vellet, utpote quæ ad modum finalis virtus laxanda & restringenda erit.

De

Cautelis defensandæ Salutis.

1.

EQuidem projicienda Salus non est, sed nec eripienda alteri, nisi prægnantes sint, & irrefragabiles actionis hujus causæ.

Nam defensio ad eadem usque provolare solet & potest. Reliqua, quæ ad fortunas pertinent, nec mortis discrimen respiciunt, compensari variis modis possunt, utut in hoc foro negligi minimè debeant.

2. VITA, extans illud bonum, & dissertationibus præcipuè versatum, conservatur vel nutriendo vel defendendo.

Sed,

Sed, ut nutrias, alteri *sua eripere non licet*, quibus ipse vitam sustentat.

Nam hoc esset alterum *occidere*, ut viveres, & *innoxium* quidem; Hoc enim damnatum vocari non potest, quod alter possidet, nec ad illud Tu *Jus* habes: At qui demit vitam innocenti, *Socialitatis ocellum*, & *cardinalem legem* violat, *Neminem laedit*, h. e. qui te non læserit, *innocentem*.

3. Ad *defensionem* accingimur ob *imminens periculum* vel *presumptum*. *Imminens periculum* patet ex aggressoris *habitu*, *armis*, *obstinatione*.

Habitus sermonis, *minarum*, *conditionis*, *vita*, si *latro* sit, ex loco remotiori ex insidiis adoriatur, nihil nisi *triste presagium*. *Arma*, quæ mortem feriendo inferre queant, sufficient ad mortis intentatæ indicium, præsertim per obsecrationes, bona verba, non resiliat à consilio aggressor.

4. PRÆSUMPTIO difficiles habet nexus; Variant enim miris modis præsumendi *occasiones*. Ad præsumptionem, si legitima sit, & adoriendi *funestum Jus* mihi concedat, non sufficit (a) *Vicini potentia*.

H 3

Loquor

Loquor de *offensione*. Nam si quis sibi metuat, gratis etiam & citra causam, ipsi integrum Jus erit, *innocentis se defensurus* circumvallare. *Superflua nan. vatem*. Nec nocet alteri, nisi forte an indirectè, si quis *nimiâ prudentiâ* sibi prospiciat. Vicini potentia, inquam, non sufficit. Id quidem usu comprobatur apud summos Imperantes, cum tot documentis humanæ malitiz didicerint, difficillimum esse, *Potentia quâ gaudeas, non abusi*. Sed ratio militat in contrarium, quia peior est aggressoris & invisa conditio, si *innocentia* patascatur, quam justæ querelæ, sociorum horror & aversio, parisque fortunæ ob auctam oppressionem potentiam experientia sequuntur. Ne quid dicam de dubia plerumque alea, cui se vel *singulis*, vel *summi Imperantes* exponunt.

5. Nec (β) Jactatæ in auras *Minae*.

Ira fervorq; multum possunt in animum, qui si excanduerit, in minaciâ sæpius verba erumpit, sed quæ *pœnitentiæ ruborq;* sequantur. *Prudentes* ad hæc fulgura in pelvi non excitantur, & *merito*; quoniam verba atroci ad eò pœna occisionis, compensari *adixor*.

6. Neque factæ à nobis injuriæ *Conscientia*.

Dantur enim *animi molles*, qui malorum oblivisci possunt, *incuriâ* aut *virtute*. Et quantum,

tum, quæso, facinus Rationi limatæ horrendum, geminare injurias, ob incertam memoria, dicam, ultionis, suspensionem.

7. Sed *presumptio* sit, *liquida*, manifesta, summa, saltem *certitudine Morali*.

Moralem certitudinem sua cujuslibet *prudentia* facit, & perspicax rerum humanarum eventuumque *cognitio*.

8. Nec ad *extrema* statim provolandum, cædem, rapinam, excidium, nam *circumcidi* possunt, arte & prudentiâ *nocendi vires*.

Quam prudentiam exercent Magnates, *Dividendo*; Singuli, munimentis, fugâ, illecebris, tacitaque præparatione, ut ne videamur diffidere, aggressurum vero ad *promptam facinoris penitentiam* redigere queamus.

9. *Extrema* si immineant, *conatus ultimus* erit adhibendus, ne vitam profundam, quam *custodia nostra* summus arbiter commisit.

Intellige si *innocentiâ* meâ sublevatus Jure defensionis atrocissimæ media amplecti cogar. Nec licere ambigimus, *partim* ex allegata ratione, *partim*, quod intersit omnium mortalium, ut purgamenta ejusmodi scelestorum, qui innoxios in discrimen

vocant, juguloque imminent, vivis eximantur. *Cædendi lupi, qui sanguinem ovis immiscuunt.*

10. Si ultione dignâ injuriæ premimur, *crescit factus ipsa defensione violentâ*, ita tamen, ut si pœnitentiam imploratâ veniâ, ter quaterque ostendamus, intrâ sobriæ defensionis metam reconvalescat *lus Tractandi aggressorem, velut hostem ex communi privilegio innocentia abigendum.*

Distinguo. Si veniæ implorationem distinctus distulerit, si mox datâ injuriâ & repente adoriatur aggressor. *Pejor ibi, hic melior cadentis conditio.* Protestetur in *supplicio*, eoque donec de mutato animo *rationabiliter* hostis divinare possit. Hæc enim *conscientia curanda* adhibentur, si, quod in duellis, (ex alio capite injustis) accidere solet, pars innocens injuriam acceptam cumulet, vitæ salutisque jacturâ.



De

Objecto, mediis & fine Conserva-
tionis propria.

I.

OBJECTUM homo est, à SEIPSO reflexim consideratus. Sed cum partibus constet, ut *Totum* & secundum *partes* considerari potest.

2. *Totius felicitas*, *TUM* vitæ, *TUM* vitæ tolerandæ *mediis* continetur. Vita vel motum vitalem in genere significat, vel quæ vitæ æstimo æquiparantur, ut, Valetudo.

3. Ad vitam *tolerandam* pertinent, fortunæ, Existimatio, opes, victus, alia.

Opes & existimatio se invicem juvant. *Opu-
lenti* honorantur, & *honorati* per officia
ansam habent ditescendi; *Utrumque* vi-
tæ commodis & necessitati succurrit.

4. *Fortunæ* præsidio, non *necessaria*
solum parantur, sed & quæ *ad nitorem*, &
commodum vitæ requiruntur.

Egeni laboribus se macerant, vitam de-
gunt omnibus auræ injuriis expositam,

H §

obvi-

obviis cibus nutriuntur, sine cura, delectu, diæta, &c. His *commodum* oppono, Honores, nitorem, qui à sordibus projectæ vitæ vindicant. Per *fortunas* in genere BONA intelliguntur.

5. *Animam* si specto, immortalitatis quidem beneficio gaudet, nullius *conseruationis* indiga, nihilominus quâ facultatum operationes culturam recipit & custodiam.

Intellectus eminentis potentia, multis ab *Educacione* fœcibus inquinatur, ne veritatem videat aut penetret. Deest *judicio* acumen, si præjudiciis hebescat, aut *avidus* jacentem in puteo veritatem prosequatur. *Peritia*, *gymnasia* & disciplinis opus est, quæ situm & rubiginem amoveant. *Voluntas* lumen sequitur intellectus, voragine scelerum haurienda, si *obscuram* sequatur & *dalsam* facem.

6. Ne intellectus, ratio, Judicium, *quanta* Creatoris *dignitate*! otio ignorantie putifcant, nugis & quisquiliis oppleantur, lumen insitum amittant, vel fumis pravorum habituum corrumpantur, *Ius* *natura* optimis præceptis prospexit.

Ar.

Arbitrii tui non est, quomodo dotes divini-
 gus datas colloques : Et *interest proximi*,
 salutisque publicæ, si prudentia, artibus,
 ingenio multi polleant, stultæ *simplicitatis*
lappitudinem, quâ nunquam veritas dextrè
 perspicitur, *absterferint*, non temerè du-
 cendi, quo *falsus persuasionis color* invitat.

7. *Voluntas VIRTUTUM* habitu
 exornanda est, & dextro in *passionum* tur-
 mas imperio.

Rationes. Quia *Voluntas* rationaliter ope-
 rans non eligit nisi *optimam*, natura, jure
 & ex voluntate Conditoris. At enim lon-
 ge *conspicius* est, si voluntas ad *Judicii im-*
persum oppidò *flexilis*, magno virtutum
 fulgore collueat. Hæc enim ejus *natu-*
ralis perfectio, hoc *Deus*. Supra dictum,
 quod *Anima*, *Spiritus Immortalis*, Sum-
 mo *Bono* conformandus sit, qui *oxyphalis-*
mus virtute comparatur. *Sicubi neglexeris*,
 Tibi maximam *cruem* figis, & *Rationi hu-*
manæ, quam in *vinculis* habet, *scdâ ma-*
rum inertia, *barbaries*.

8. In *passionibus* *MEDIOCRI-*
TAS quæritur, *Geometrica* illa ad nor-
 mam *Rationis*, quam si homo obtinue-
 rit, summâ *interius tranquillitate* fruitur.

Litigent autores de virtute *Stagiritica*, LI-
 CET. Sed videtur *Dictator* ille *Philoso-*
 phus

phus passionum virtutes, ut *Civitati* conveniunt, complexus esse: *Agritudo* passionum, morborum vis & *Medela* recentioribus rectè quæ sita est, & longè feliciter *undecimviri virtutum choragio*. Dantur virtutes, quæ *medium* non habent. Sed *passiones* *regimine* indigent, quæ in extrema peccant. Sed sunt, quæ in vitiis hærent, & exilium merentur, v. gr. *Invidia*, *æmulatio*, *superbiæ proles*. *Vin regulam*. **RATIO** est, ut *Legis naturam* induit, præceptis *Divina* authoritate collustratis. *Vin normationis diâruptum*. Unde sc. cognoscas, aliquid *regulæ aptum* esse & congruum?
 » R. *Si quid sit*, quod *animo* *Tuo* indu-
 » etum, *Societati* te præparet, eumque fi-
 » nem obtinendo convenientem magis &
 » concinnum reddat. De corpore, ejus-
 que dotibus *infra*.

9. **MEDIA** Conservationis *partim* ex *Objecto Totali* & *partiali* *partim* ex *Modo applicationis* discernuntur.

Alia desiderantur *media*, quæ *animum*, *alia*, quæ *corpus* perficiunt, conservant, ornant; *Quædam* blande se insinuant & prudentiâ nituntur, *quædam* vi exeruntur, vel in seipsum, vel in hostes, & nocituros. *Ille* viâ *Membrum* salvando *corpori* abscinditur; *hæc* vi vi profligatur, & arceatur. *Quædam* *media* *naturæ* ordo exigat,

git, ut, Victum, Disciplinam: *Quadam*
sors offert, ut *violentiam defensionem.*

10. FINIS propriæ conservationis est
Summi Entis *honor, salus integri & socie-*
tatis congrua sustentatio.

(*) *Honor* promovendus optimi Conditoris.
Si opus niteat, id in laudem fit *architecti.*

Barbaris sane moribus, corruptione ra-
tionis & inertia nihil in DEum *iniquius!*

(β) *Salus integri* propaganda; nam ab *im-*
teritu omnia, quæ sunt, abhorrent; (γ) Sed
ut servemur, ut ingenium, corpus, finga-
mus, virtutibus excolamus, *Societatis cau-*
sâ fit, cui nascimur. Et quam felix, quam
jucunda Societas eorum, qui jurium no-
titiâ ferinos mores correxere, assiduo vir-
tutum studio & æstimo, in *mutuos officio-*
rum nexus acuendi. Quilibet hujus rei pe-
riculum facere poterit, si à cultiori homi-
num consortio in ferox & *rusticum* genus
hominum inciderit, qui nulla *benefi-*
ciæ virtutis tentatione

ducuntur.



Titu-

Titulus I.

De

Necessaria Mentis Cultura.

1.

Ratio, quâ homines sumus, telluris ingenium habet, nisi colatur, loli-gine oppletur, & quasi obbrutescit.

Ne verò obbrutescere patiamur & steriles dominari avenas, Ratio ipsa verat, & gratitudo, in *Conditorem*.

2. *Cultura* varii generis institui potest.

Philosophorum omnis ætatis hæc cura fuit, ut ex *culta hominis ratione* suaviorem vitæ modum introducerent.

Quidam sancti habuerunt *incontaminatam* rationis, ut in *Contemplatione solidâ & veraci* summam hominis felicitatem collocarent. *Varietas* culturæ ex multiplicitate rationis in *Consilio* ferendo & *dispositione* diversâ formandi subiecti oritur. *Illud* constat; *Velut* massa ceræ in infinitas formas mutari successivè potest, ita intellectus, ut nunquam *DUO* idem cogitent. *Hoc* patet. *Cùm* non omnis ferat omnia tellus, ita nec ingenium, quorum *infinita* disparitas.

3. Cul-

3. Culturæ genus optimum, si cui *felix* ingenium contigerit, illudq; crebro exercitio poliat,

Distingue *alibi* ingenium, Judicium, Rationem. *Hic* Ingenium pro quâvis Intellectus facultate sumitur. Qui v. g. *Judicio* pollet, quæso ne obrundet rebus, quæ aliorum pertinent. *Excolat* quantum licet. *Cur?* Ut tanto DEI beneficio ad eruendam feliciter veritatem, *publico suoque commodo* feliciter utatur. Quanta felicitas, quantus Usus in Eminenti rationis *dexteritate?* Ubi prudentia, ubi consilium, si ratio vacillet?

4. Alii animum præparant & exacuant Disciplinis eò multum valituris, *cùm* quâ purgationem à præjudiciis, *tùm* quâ facultatis perfectionem.

Ita *Mahestin* Veteres *omni* *Doctrina* solidiori supposuerunt. Experimenta *vel* *hodie* dantur apud Eos, qui stupidius ingenium nacti, & milione dignum, culturâ ad eò excoluerunt, ut *potissimis* æquarentur. Quod evenire solet, si præjudicio, maximâ Veritatis peste, exuamur, post *totâ* *sansè* vulnera curantur, & intellectus disciplinis *cùm* *ancillantibus* *cùm* *dominantibus*, quoad *æquum*, Ingenium, *dogia* & *regia* perficitur.

5. *Cùm*

5. Cùm verò Doctrinis mens imbua-
tur, non *ostentationis* gratiâ, velut gazo-
phylacia solent, sed *usus*, dispiciendum
est, ne palatium rationis, *apparatu inutili*,
& quasi arancarum telis oppleamus, sed
iis rebus, quæ nosse, præter expolitionem,
ad *maiores* cum Summo Bono *affinita-
tem* & felicitatem *publicam*, cui nostra in-
cluditur, FACIAT.

Discuntur multa in *Spem oblivionis*. Cui bo-
no? *Brevis* in mortalitate mora utiliùs
impendatur. Reddemus rationem *illi*,
quem Ratio nostra *Legislatorem* agnoscit,
& *Judicem* meruit. Et quàm pudendum
ipsi rationi, inutilibus operam navasse,
citra causam & rationem.

6. Non minus providebitur, ne Vita
nimis speculativa, evadat, vel alio quo-
dam casu *Vita Sociali* inutilis.

Cogitatione *verum* investigamus, minimè ve-
rò *otiosum*, cùm Bonitas omni vero innexa
sit. Maximè *Verum*, maximè *bonum*, Ergò
& *appetibile*. Quo ipso nos contempla-
tio summi Veri ad prosecutionem & a-
morem ducit, quò omnia collimant. Ast
amor ille non exeritur tantùm, si *imme-
diatis* actibus, quod in Religione fit, eò
con-

contendamus, sed etiam *Mediatè*. Si fiant, quæ Legi naturæ & societati congruere compertum habemus. Adde quòd in rebus planè inutilibus exilis & ferè nulla sit *bonitas*, E. nec *veritas*. Nam veritas solida non est quævis rei ad intellectum nostrum *proportio*, sed ipsum Ens, *Summi Entis participat*, quæ originem sapit & ad illam ducit. Stupidiorum amor talis, qui morum *ineptias* & *stupidorem* in vitâ civili generat, *Pedantismus* vocatur, non *literarum vitium*, sed *literatorum*.

7. VOLUNTAS post intellectum pravis *habitibus* purganda, & instruenda, ne *cæco impetu*, corporis libidini obsequatur.

Qui virtutis Legisque *Cynosuram* insuper habent, *bruto corporis motu* incitantur; Quorsum *vel gula*, *vel ocuis*, *vel venus*, *vel passionis æstrum* invitaverit; *Brutorum instar sensibus* obsequuntur. In causa est *justi ignorantia*, exempli alieni pondus, deficiente *discernentiâ propria mali à bono*, *vis passionum*, quas nulla *virtus*, vitio forte educationis, perdomuit.

8. In virtute summa Voluntatis felicitas, Quæ *περὶ* RECTÆ RATIONIS haud præter rem vocatur.

Sic *virtutem* describo. *Obsequium* est rectæ rationis, ex *habitu* fiat vel *secus*. Aut si actum ægrè virtutem voces, DIC, ex habitu cognomini actum fluxisse, quod non nemo *amorem* vocat *reclarrationis*, cum habitus in *spiritu* concipi non possint. *Ajo* voluntatis felicitatem in virtute sitam. *Liquet*, quia *Voluntas* *Rationis* subordinatur, quam ex *inodieu* rectam & illustrem si sequatur, facit, quod *fecisse* gaudet.

9. QUEMADMODUM verò actiones universim *variant* juxta diversitatem finium, objectorum, Circumstantiarum; Ita & actionibus, quas virtutes vocamus, variæ accedunt *Nomenclationes*, inter alia distingui potest inter Virtutes IMMANENTES & TRANSEUNTES. *Ille* interiùs hominem spectant, utut fortè exteriùs conspicuæ, *Hæ* ad socium ordinantur, & quidem *immediate*.

Ut ferè maximam partem virtutes; Pietas, Temperantia, *αὐτάρκεια*, &c. interiùs sedem fixere. Justitia, Fortitudo, Liberalitas &c. ornant quidem & perficiunt virtuosos, sed *proximo imprimis profunt*. *Immanentes* virtutes ex statu hominis solitario cog-

Cognoscuntur; Compeunt enim illi ci-
tra aliorum commercium.

10. *Vis demonstrandi*, quòd mens vir-
tutibus imbuenda sit continetur instin-
ctu τῶν πρώτων τῆς φύσεως; *Convenientiã*
cum ratione, si DEI volentis *presumptio-*
nem, potentiarum animæ *complementum*
& perfectionem, *Utile* in publico specu-
latur.

Quod hic semel monuisse sufficiat. *Sapientiã*
fat, & *Ethicarum* contemplationum pe-
rito.

Titulus II.

Virtutum immanentium specialior
εργασια.

I.

Virtutes IMMANENTES, quas
exercere homo etiam solus debeat,
Intellectum afficiunt & *voluntatem*;
INTELLECTUM quidem *sapientia*
& *prudencia*, quibus quicquid virtutis in
I 2 istam

istam facultatem animæ supremam cadit, comprehensum velim.

SAPIENTIA enim *summæ* Veritates *speculativas* prosequitur, ostensis inferiorum *nivdis & divisionibus*. **PRUDENTIA** *πραξις* moderatur ab universalissimis principiis ad inferiores usque disciplinas, quæ à *prudencia* titulo participant, ut *Politica Jurisprudencia, Oeconomia Civilis, Militaris, &c.*

2. *Sapientia* Intellectus imbuitur, quatenus in prosecutione veri perficiendus, *vel* quærit *vel* proponit *vel* defendit *veritatem*.

Adquærendum *Logica & Methodus*, ad proponendum *Rhetorica*, ad defendendum *utraque* facit. *Sapientia* Mâtre filias complector, quatenus *summæ* Veritates ab inferioribus speciebus imbibuntur, *Corpore, Spiritu*. **CORPUS** plurimis disciplinis obijcitur, *Physicæ, Medicinæ, Mathesi, &c.* **SPIRITUS** in primis *Pneumaticæ, Theologiz, Ethicæ, Jurisprudenciæ*. Sic *verba* acceptioni, quæ *sapientiam* paulò aliter expono, ac aliàs solet. *Termini valent ne numeris.*

8. *πραξις* **PRUDENTIA** mensuratur, quam **HABITUM UNIVER-**
SA-

SALEM adpello, quæ cognoveris, ipso opere, utiliter, honestè & decenter in actionem deducendi.

Prudentia consistit in bona applicatione medicorum ad finem. Cum itaque veritates plurimæ, imo omnes juxta mensuram Bonitatis ad prosecutionem alliciant, ut obtineas feliciter, PRUDENTIA docet, ut *Ars consultandi de mediis ad finem.*

4. Prudentiæ meta, *finis*, qui vel in amplexu Boni quocunque vel in productione Effectus consistit; qui vel *Corporalis*, aut *incorporalis*.

Amplexus qualiscunq; boni continet Amorem, quem vocant *Complacentia*, v. gr. *Scientia* pulchrum quid est, nempe assecutio veritatis per medium necessarium. *Objectum* illius scientiæ, quod assequimur, delectat, gaudet Intellectus de Veritatis complexu, qui bonum est Intellectus. *Effectus* corporalis productio in sensu incurrit, ut *Oeconomix*, *Prudentiæ*, *Politicæ*, *Architectonicæ*; *incorporalis* in mente hæret, ut *Virtus*, *Artes internæ*.

5. Hûc refer qualitates *Laudabiles* instar SEMIVIRTUTUM, quæ sunt, **DOCILITAS** inimica *pertinacia*, A-

GILITAS ignea ad prosequendum Verum, *Scrupulositas*, quatenus non iudicat, nisi satis & aperte perspectâ veritate, opposita *Credulitati simplici*, quæ quolibet colore veri seduci potest, & *alia*.

Si referas Voluntatem dictas qualitates, per me licet.

6. In voluntate consideratur **FACULTAS & OFFICIUM**, *Facultas* iis virtutibus imbuitur, quæ à passionibus & moderamine sensuum, motuumque corporis non pendent; Econtrâ *officium* voluntatis in regimine passionum motuumque corporis consistens, *virtutes homogeneas* complectitur.

7. Facultatis Virtutes sunt, quæ actiones suas Candor, Veracitas, quæ ipsam Amor Virtutis & rationis, Reverentia sui cum humili æstimo.

Ingenius *Candor* virtutem significat, qua sine furo & dolo malo agere decernimus. *Veritas* Veritatem nudam sine pallio amplectitur, & amat, vel proponendo vel audiendo. *Amor Rationis* est ipsa Virtutis parens & quasi uterus, qui si foetum exclu-

eluserit, amor virtutis vocatur, quatenus de virtute exercenda vel exercitâ lætatur, nec poenitet unquam fuisse virtuosum. Reverentiâ sui intelligimus Pudorem, qua etiam soli malum quid sive inhonestum patrare erubescimus : quandoquidem si reflexim se homo considerat, non potest non revereri ἀποκαταμίλιον Divinitatis, quod ipse est. Accedit Humilitas, quatenus bono nostro, aliorum opinionem magnificam non sectamur, opposita *Facilitas*, *fastus*, κενδοξία Græci vocant. Singulæ hæ virtutes variis adhuc ramis disperguntur, sed ne minutias præter institutum prosequar, transeo.

8. Virtutes officii & quidem regundarum passionum tot sunt, quot passionum rectificationes, ἐπιανορθώσεις Græcis.

Passiones leguntur apud *Aristot.* Rhetor. lib. II. c. 2. ff. Ira, quæ est ὀργὴ μὲν λύπης ἰμορίας φαινομένης διὰ φαινομένην ἔλιγωρίαν. Lenitas πρῶτον, quatenus inter πάθη numeratur & virtutis indolem habet, quod opponatur Iracundia vitio. Amor, Odium, Μετῶν, qui est, λύπη τις ἢ ἔρασις ἐν φαινομένης μίμωδι καὶ ἢ φθασίαν ἢ λυπηρῶ. Pudor, qui est λύπη τις καὶ ἔρασις περὶ τὰ εἰς ἀδοξίαν φαινομένα. Misericordia, Invidia, quæ est λύπη ἔρασιδος εἰς ὑπεργίαν ἢ τὴ ἀτιμίαν, ἀλλὰ τὴ ἴση καὶ ἰσμίαν. Emulation &c. Adde Cupidinem, Admiratiōnem, &c.

&c. ex Cartesianis. **Observa I.** Tot sunt *passiones*, quae affectiones anima connatae vel aliunde acquiruntur; Omnes vel ad prosecutionem alicujus boni, vel aversionem alicujus mali pertinent. Specificantur autem nomenque singulare accipiunt, prout duo hi actus in notabilem quandam *objecti, rei & actus* circumstantiam incidunt: Sic speramus bonum futurum *difficile*, metuemus malum cum persuasione *propinquantis*, & sic porro: quod *Physicorum* est tractare, & *supponimus hoc loco*. **Observa II.** Quod *Aristoteles* peccatum originale ignoraverit & hominis corruptionem, non satis *è passionibus* distinguit, alia enim *Corruptioni* originem debent, & è *concupiscentia* proveniunt; Alia vero à natura rationali quā tali. *Prioris* exempla sunt *invidia, amulatio*; *posterioris* metus, lenitas, ira. **Obs. III.** per *passiones* hoc loco intelligi, *inclinationem* quandam animi in corpore notabilem, quae in extrema vitiosè, hoc est, praeter rationem deflectere potest, quod indicio est, *passiones* in corpore *fundamentum* habere, quod rationi non semper obsequitur. Ea propter *à animale* attinent, sed cum *participatione* rationis. Nam *passiones* in brutis ob defectum cogitationis non dantur.

9. Constat verò *passiones* plurimis ex causis & occasionibus à regulā rectae rationis

tionis exorbitare posse, v. g. circa *objectum*,
modum tendendi &c.

Nota (α) quamlibet actionem motumque a-
nimæ in corpore specificari posse *ab objecto*.
Quod si prolequamur, *bonum est*. At bo-
na alia sunt *verè*, alia *φαινοµένως* talia. Illa
actum minimè corrumpunt. Sed hæc ab
opinionè nostrâ pretium accipiunt, vel *in se*
mala sunt aut ἀδιάφορα. In se mala hic vo-
co, quæ *natura sua aut lege*, v. gr. concu-
piscere, sperare, optare aliena *turpe natu-
ra est*; Amare plures unâ *Conjuges contra*
legem. *Ἀδιάφορα*, v. gr. divitiæ pretium à
nobis accipiunt, *non habent*. Ita, quic-
quid creatum est, *si ut Summum quoddam*
Bonum ametur, vitium facit, actio enim
in id tendens, *stolida est, ἄλογος & injurio-
sa in Verum Bonum*. **Nota** (β) Actiones mo-
dificari *ex modo tendentiæ*, quæ si *ἀνόμως &*
*citra necessitatem cum impedimento melio-
ris actus exercentur*, flagitium creat. Sic
studium amorque proximi, cum neglectu
nostri, actus est *ἀνόμος*, nam *neque hoc omit-
tendum erat*. Usus ciborum, Veneris ni-
mius, non ab *objecto*, sed *modo carpitur*.
» **ALS**, unde modum agnoscimus? **R. Pru-**
» *dentia finis Ultimus DEUS, & interme-*
» *dii, Salus nostra & societatis, mensuran-*
» *di sunt, quod si nullatenus impedit usu*
» *ἢ παράδεισος constet, de licentiâ Exercitii non*
» *ambigitur. Ità, si tantum comedis*
» *bibis,*

- » bibis, quantum pudicis sat est, ne salutis tuæ
 » & officis in proximum obex ponatur,
 » LICET.

IO. *Bona*, circà quæ Passio Amoris [generatim sumto vocabulo] virtuosè occupatur, sunt vel abstracta à Corporeo sensu externo, vel seciùs. ILLA Passionibus objiciuntur circà *sensum internum* occupatis, HÆC sensuum externorum commoda respiciunt. *Priora* sunt honores & opes, utrinque vel accipiendæ vel Erogandæ,

De honoribus hic loqui nil attinet, cum de virtutibus immanentibus sermo sit, qua ab homine, *citra* aliorum commercium exerceri possunt & debent,

II. Circà *opes acquirendas* [nam de Erogandis Sect. III.] versatur (a) *avulsiōnis*, ut contentus sis, si necessaria suppetant, nec commodum quæras aut *Voluptatē*. (β) *Laboriositas*, ut quæras, quo vivas, sine torpore & fastidio. Vitia sunt, *Hinc* otii amor, & nimia sedulitas; *Illinc* avaritia, delicata indoles, & querula, fordities

dities mendicabilis, quâ quis sui adeò incuriosus rerumque suarum negligens deprehenditur, ut nihilo contentus sit, aliis mendicando molestus.

Disputent Ethici, quid *Excessus*, quid *Defectus*? quidam *Excessum* vocant, quod alii defectum, v. gr. *avaritia*, deficit circa liberalitatem, excedit circa *voluptatem*. *Dic quod lubet*, modo *in re* conveniatur. Non ego tamen *xi* diversa hic standum esse, quatenus *unum* vitium modò *excedit*, modò *deficit*, ut in exemplo.

12. Bona quæ *sensus externos* afficiunt, sunt præcipuè *Victus & Venus*. Circa utrumque versatur *Virtus temperantia*.

Præcipuè. Nam & alia dantur, quæ tactum, auditum, visum afficiunt, mollities, pulchritudo, Musica. Sed omnia expedire institutum non patitur.

13. In *temperantia Cibi* notatur (α) circa *qualitatem* *avareitia*, opposita studio deliciarum, & porcinæ incuriæ (β) Circa *quantitatem*, *Mensuræ observatio*, opposita *gule* sive *Voracitati & Ebriofitati*, quâ habi-

habitum quàm actum, ut & *Inedia*. *Paria* de vino. & potulentis aliis.

14. In temperantiâ *Veneris*, *moderatus usus*, oppositus *libidini* & *abstinentiæ*, quæ vitia sunt in ordine ad finem *Veneris*, qui est procreatio sobolis, impedienda tum *Voluptatis* aucupio, tum *frigore*, intellige *quæsito*.

Moderatus usus à *castitate* regitur, quæ malè definitur *per omnem abstinentiam* à rebus *Veneris*. Nam & *conjuges casti* sunt per regimen *usus*.

15. Ex opposita regione honorum, **MALA** comparent, quæ odio habemus; Ea *vel præsentia* sunt, *aut præterita*, *vel futura*. **ITERUM** *vel* *inter-* nos *sensus* respiciunt *vel Externos*.

Præsentia mala fert *patientia*, inimicâ *vitiis impatientiæ* & *ἀναισθησία* seu *stupiditati*, *duritiem* vocat *Scriptura*. *Præsentia* sustinet *generositas*, opposita *pusillanimitati*, & *ferocia*. *Futura* vel *metuimus* ut *prævisâ*, vel *avertere* conamur, ut *ventura* & *impendingia*. *Metus* si *Justus* inter extrema, reique *gravitati* rationis *dianoxivos* *conveniens*, *Cura* vocatur, opposita *Timidita-*

xi, & Ucalegontica Segnitica. Si repellenda sunt mala, fortitudo requiritur, (alii cum patientia in ferendis malis committent,) vitatis extremis Audacia, quæ aliis etiam summa pericula contemnit, & Inertia. Termini explicandi sunt pro genio cujuslibet VIRTUTIS.

16. Omitti non debet Bonum malumque TOTIUS ex passionum usu legitimo redundans. Nam passionibus quietis, nec ebullientibus, HARMONIA TOTIUS SUPPOSITI, præsertim NEXUS per Valetudinem prosperam sustentatur, quod Eximium humane vite solatium.

Unde intelligitur Virtutis esse non tantum BENE, sed etiam parcus uti passionibus, præsertim iis, quæ violentiam habent, & vehementem sanguinis Motum, ut Ira, Usu Venoris.

17. Quod si CORPUS ut CORPUS consideretur, Officium Voluntatis virtuosum variis iterum modis exhiberi potest.

(a) Ut corporis peritia, fiat talis, quæ Intellectus functionibus non officiat; v. gr. ne nimia γυμνασιε cerebrum debilem, (β) Ne passio-

passionum incitabulâ nutriantur, & vi-
 tiorum fomenta, per melancholicum v.g.
 sanguinem, biliosum, quæ à DIÆTA ma-
 xime pendent. (γ) Ue *ισότης* Corporis so-
 lidentur, quæ Valetudinem, quæ Venusta-
 tem. Illa observatur, si curâ robur, spiri-
 ritus nervi, &c. conserventur, augeantur,
 muniantur, nihil patretur, quod proxi-
 me aut è longinquo, nisi Lex potior ur-
 geat, *illis nocere possit*. Hæc vero retinetur
 aut paratur, si squalor absit, decenti posi-
 turâ gestuque erigatur, quod DECUS in
 Civitate *potiorem usum* habet.

Virtutes transeuntes ad Sect. III. rele-
 gamus.

Titulus III.

De

Medicina Passionum brevissima

διάκρισις.

I.

Diximus *passiones exorbitare* posse,
 quòd cùm ordinariè fiat, nisi *Corre-
 ctio* Philosophiæ accedat, *quid impedit?*
 ne cum viro *Docto*, Morbum in passio-
 nibus

nibus agnoscamus, qui non *impari* cum *agrotis* processu medicinam accipiant.

Rem cum laude aggressus est variis Scriptis *Dn. Vincentius Placcius*; nos hic *summa capita* delibamus, qui non *utilia* refrænantis passionibus, sed *necessaria* tractamus. QUID Juris?

2. PRIMO omnium *Φύσεως actionum* *humanarum* exploranda. Quomodo, quibus *causis* oriuntur *Passiones*, quid sint? Ubi hæreant, tanquam in *πρώτῳ δεικνῶν*.

Quæ tractatio est *Physicorum*.

3. SECUNDO loco succedit *Hygiene*. Status *Valetudinis felicissimus*, quæ ejus indicia, *Causæ*, effectus. *Id est*. Hic describi debet *Summum Bonum*, hominis *Extrema felicitas*, quæ media illud acquirendi. Quis status hominis & animæ præsertim, *optimus*, vel conceptu, vel reapse, ut in statu *Integritatis* eluxit. Ubi de *Virtute*, cujus enucleanda veniunt *Principia*, fontes, formæ, fines, objecta, cum vitiis evitandis. Adeoque hæc in parte recententur doctrinæ de *legi-*

legibus, Conscientia, moralitate, actuum-
que moralium speciebus.

Quæ tractatio est *Ethicorum*.

4. TERTIUS labor in *Nosologia* explicanda occupatur, in quâ tractatur de *Morbis* abstractè ab *individuo*. De *Morbi* in genere *natura*, *Causis*, *effectu*, ut & de *Morborum* variis *speciebus*. Id est. De *Vitio* & *peccato* virtuti opposito, cujus explicanda veniunt *principia*, *origines*, *forma*, *objecta*. Et præsertim, quibus viis *evæzia* passionum corrumpi soleat, tum in genere, tum in specie.

Quæ tractatio hætenus ferè fuit *Rhetorum*.

Nam scopo persuasionis inservit, nosse passionum fontes, quæ eleganter explicat *Arist. lib. Rhet. II.* Verum enimverò ad *Ethicos* maximè hæc provincia pertinuit, qui *lumbes* suas *Virtutes* *undecim*, recentioribus exceptis, ad *ravim* usque reperierunt. Utinam ex *professo* quis *doctrinam* de *perturbationibus* discutiendam sumeret, sed feliciter, quàm *Brancifortius* ille *Hispanus* ! Maximum inde *emolumentum* *Disciplina* *Morum* capesseret.

5. Se-

3. *Semeistice* signa ostendit *Passionum* limites transilientium, quo *morbo* ægrotet hominis animus. Idque intelligitur ex sermone, habitu, conversatione, usu, & vel maximè *Secretis Philosophiæ Characteristica*, quæ ex patentibus signis ad animi temperamentum, indolem concludit. Quod *duplicem* habet utilitatem, *Ut* in aliorum genio nos agnoscamus, & socialitatis officia melius exequamur, versùs eos, quorum secretiorem indolem è vestigio infallibili, saltèm *summe probabili* exploravimus.

Etiam juvat ad cautelam, & vitæ securitatem. *Fide, cui vide.*

6. Denique **QUINTO** *Therapeuti-*
cam adjungimus, in arte hâc præcipuam, quæ *Materiam Medicam* cum applicandi *peritia* comprehendit. Remediorum ex *triplici regno*, maxima varietas, *Alia* tamen *interius*, *alia exterius* effectum producant à Medico intentum; *Alia* purgandis *fæcibus* & correctioni sanguinis, *alia*

K

robo-

roborandis spiritibus conducunt. Ità non minùs Passiones ægrotæ non unum curæ modum sed *multiplicem* desiderant.

7. *Materiam Medicam* voco, quæ ex *triplici Regno*, *Honesti*, *Utilis* & *Decori* desumitur. Rationes de *Honesto* validissimè omnium febricitantem animum à vitiis purgant, amoremque rationis novo virium accessu restaurant. *Utilium* consideratio exteriùs Valetudinem promovet, idque vel *lenibus*, vel *rudioribus* remediis, quatenus nimirum utilia vel ostenduntur, vel eripienda sunt *Pænis Justissimis*, tanquam cauteriis. Nec minus *pudor* ad rem facit & *Decori* studium. Dolet comptulis, si pallor faciem infederit, si pustulæ & scabies protuberent, ità vitiorum contaminationem averfatur *generosus animus*, quamprimùm de foeditate peccati, virtutis verò *elegantia* edoctus fuit.

Sic adultiores *juventutis* ineptias & inconditos mores condemnant, *desipuisse* nollent.

8. Ap-

8. *Applicatur Medicina per Philosophiam, Remonstraciones, Monita, Consilia, Exempla virtuosorum.* Omnia verò antecellit *Philosophie solidâ cognitio*, quæ virtutum vitiorumque viscera denudat, & cultro quasi *anatomico*, dissecta, quo ad omnes particulas conspicienda proponit.

9. Si *pertinax* malum inhæreat, pertinacibus quoque remediis, actuumque *usu continuo* expugnandum erit; *Habitus* vitiorum ab *educatione & temperamento* sunt pertinacissimi, sed minui tollique possunt, si censor regidius instet, & *firmus virtutis amor*.

Socrates eam mutationem suo exemplo docuit.

10. At enim verò *Cura* feliciter procedere nequit nisi de passionis ægrotae *vera & arcana conditione* constiterit. Fallacibus figuris imponunt *Vitia*, nec eam sæpè originem habent *quam putamus*. Quapropter is, qui curâ *palliatiâ* defun-

gi apud seipsum [quisque sibi optimus Medicus] nolit; *intima animi consilia, scopum, inclinationes* contempletur, examinet, & congruis remediis morbum debellet.

Optio datur Remediorum. Philosophiam Stoicam & Pythagoram Apothecas dixerim egregiis remediis instructissimas. Agamus Empiricos, usque dum de regulis artis clarius informemur.

II. *Epidemicorum* morborum præcipua ratio habenda. *Phthisis* invidiæ, *Chiragra* avaritiæ, *Tympanitis* superbiæ &c. ubique regnant; Et quoniam difficulter curantur, inveteratum malum, eò severiori *medela* & *sollicitudine* opus erit.

Titulus IV.

De

*Custodia vitæ & speciatim Ejus
defensione contra hostes.*

I. *Vita*

I.

Vita benigna mater natura prospicit
ultroneis actibus, quibus instans pe-
riculum amoliri solet.

Quapropter duplicem appetitum, *Concupis-*
cibilem & Irascibilem naturæ tribuunt vete-
res *Philosophi*. *Illum* vocant, qui grata sibi
& utilia appetit; *Hunc*, qui noxia remo-
vet & averfatur.

2. Verùm etiam *custodienda* est vita
vi *Legis*, uti dictum. **MEDIORUM**
Inventio, ususque Prudentiæ & Rationi
rectæ relinquitur. *Prudentia* invenit,
ratio dirigit, & rectè applicat.

3. **MEDIA**, inquam, *varii sunt ge-*
neris, prout etiam status hominis discre-
pant. In *statu Naturali* medium custo-
diendæ vitæ, consideratur, in ordine ad
hostem vel ad *amicum*, vel alio respectu ex-
trà consortium hominum, intuitu *bestia-*
rum, aëris, injuriæ, ciborum.

Distinctius! Considerantur in ordine ad ob-
jectum *aversionis*, **PERSONALE**, ho-
stem; **REALE**, *bestias*, aërem, vel obje-
ctum *prosecutionis*, vitam, bona, corporis

nimi, fortunæ; Considerantur etiam in ordine ad Executionem, quæ vel sunt *pacifica*, vel *violenta*, *suavia*, vel *acerba*. **ILLA** continet usum Mediorum positionum, v. gr. *Victum*, vel negativum, *Munimenta*, *fugam*; **UTRUMQUE** vel solus homo præstat, vel juncto amicorum auxilio. Quæ de statu naturali *simpliciter vacent*.

4. **Palmarium** defensionis Objectum *hostis est*. Non quilibet homo *presumptus* hostilia meditari levissimis excusis, vel ex mensura propriæ malitiæ.

Præsumptio fundata requiritur, **Actus** hostiles in *actu primo*, *proximo* vel *secundo*. Fundatissima præsumptio est in *preparatione* hostilitatis & factâ ejus in aliis jam mei similibus *impressione*.

5. Qui hostis est, nobis eripit, vel *vitam*, vel *bona* alia corporis & fortunæ, pro utrisque pugnandum erit, idque cùm *adori*endo tùm *defendendo*.

6. Cùm in hostem **JUS** sit lædendi *infini*tum, varia ejus movendi subsidia circumspicere possumus, & illa *pro juris nostri* modulo adplicare.

Quando Jus dicitur *infini*tum, intelligitur cùm tacita *exceptione*, nisi *sufficiens cautio* in futu-

futurum præsteretur, eaque cum VOLUNTARIA per notabilem & infucatam pœnitentiam, Amicitia redintegrationem, cui tutò fidere possim; cum INVOLUNTARIA, si vires nocendi sint ademptæ, nec de extremis cogitandum sit. *Infini-
tum*, inq. jus est, quod, cum semel patuerit nocendi in hostem *libido*, quibuspote mediis, ad protelandum hostem, quàm talem, exerceatur, *nec ullam patiatur restrictionem*.

7. Ergò *ad mortem* usque defensio extendi potest, *summo jure*, Si reliqua *conciliationis* media in cassum ceciderint.

Ratio & fundamentum juris est I. Quod non teneat in alterius *gratiam*, multo minus *petulantiam*, quod pretiosissimum in terris habeo, vitam profunderè, & *stultissimum foret*, id cujus liberam haberes dispensationem, *nebuloni* impendere. II. Quod obligor POSITIVE *me tueri*, qui vitam teneamus *jure crediti*, supremoque Domino reddenda sit ratio. III. Nihil est, quod *jus nostrum restringat*, ut mox patebit.

8. Nec juvat *Christianismi & Charitatis* hoc loco meminisse, quasi *rigorem* hujus juris non paterentur, cum ex *Charitate* alter alterius vice libentissimè occumbat.

R. 1. *Christianismus* jubet vitam effundere pro FRATRIBUS, & in causa DEI. Hic *Nebula, latro, Curcinoma* generis humani, turbator pacis supponitur, quem amoveri è medio, *cultus DEI* est, & *beneficium Societatis*. Velut lupos & vultures occidimus, animalia noxanata. 2. *Charitas* nihil urget, nam incipit rectè ordinata à SEIPSO. Ita plus amarem proximum & quidem solertissimum, ac me ipsum, si me occidi paterer. AIS, rationem datam militare etiam in causa mortis pro fratribus, quæ utique præcepta est. R. N. G. Quia mors illa non tam fit ob fratres, quam gloriam DEI, cui omnia nostra serviunt. At gloria DEI hinc exulat. 3. Nec moratur jus nostrum Consideratio, quod in vasor, quæ animam, quæ corpus pereat, R. Nec mihi constare semper, an itineri eternitatis paratus sim, præterea Invasor habeat sibi & exodat, quod intrivit. Poterat abstinere injuriâ, ego non defensione, quam mihi DEUS & natura injunxere.

9. Quòd si invasor sit innocens, *intantum*. Erret in persona. Sit noctambulo. *An occidendus est?*

R. 1. Error in persona non tollit meum Jus. Vita carior victima est, quam quæ ad pedes furiosi errantis concidat. Furiosum enim est occidere velle, nec scias quem occi-

cidas. 2. Noctambulonis rarissimus casus, si contingat. Occidatur, si subterfugere nequeam. Nec enim Jus læditur alterius, cui nullam est ad me occidendum. Quod nescius malum necessariz mez defensionis inciderit, pro *infornio* reputet, velut *lapsum regula*.

10. At si persona utilis me *minus utilem* occidere velit innocentem ex errore, vel purâ putâ malitiâ, qualis casus evenire in statu naturali singulis momentis potest? Resp. *Etiam hic occidi potest.*

Ratio; quia in *οὐδέποτε* se quilibet putat *aque utilem*, Et illa utilitas vel in virtute animi, aut robore corporis consistit; Roboris inter homines nullus usus; *Imbecillis* tollit robustissimum per insidias: Si virtutis ratio habetur, quilibet se putat *virtuosissimum*. *Quicquid sit.* Utilitas alterius non *absorbet meum Jus*, quo, si singuli sumus & *ἀνωμόνους* propriam quilibet *utilitatem* observare tenetur.



Titulus V.

De

Moderamine inculpatæ Tutelæ, præsertim in Statu Civitatis.

I.

POnè superiorem materiam de *moderatione* agendum est. Nemo enim *sollicitudine excedit* nimiam in causis, quæ vitam hominis occidendi concernunt.

2. Moderamen illud adhibetur vel in *statu naturali*, vel in *Ascitio*, ubi superior. In *statu naturali* æquè ac Civitatis Vulgatæ *ICtorum* cautionis observari possunt, *Modus, tempus & causa*. **MO-**
DUS quidem, ne ob *levissimam aggressionem* ad extrema statim transeat.

V. gr. Si alter *me baculo* aggrediatur, à quo nullus *cedis meritis* ad eandem gladio prorumpi non debet, Equidem in *statu naturali* ne minimam quidem injuriam perferre obligamur, præsertim si *duret sæpiusque* repetatur *eadem molesta vexatio*, ut
nullus

nullus dubitem, si patientiam læsus con-
coxerit, alterumq; cædat, *impune* hoc fue-
rit in *Jure natura*. Verùm leviores inju-
ria in vindicando mensuram accipiunt
ab humana indolis conditione, quæ ad per-
lantiam proclivis alteri præter causam
sæpe noxam quandam inferre solet, quam
tamen *pœnitentia* non semel sequitur. Ut
dandum aliquid sit *injuria*, cujus *facilis*
compensatio, idque ex *Charitate*, quâ alter
alterum prosequitur. *Crudelitatis* sane &
efferi ingenii signum est, cædes & san-
guinem sitire, *quacunque* *domum* *injuria* &
offensione. In civitatibus *rigidissime* talia
examinari solent.

3. *Tempus præsens* quocunque statu
jus dat ad cædem, si periculum *mortis in-*
stantanea immineat.

Status naturalis controversiam non habet.
In *civitate* instantaneum punctum cædis
excusatur, quia tunc *reviviscere status natu-*
ralis reputatur, dum defensio vitæ, quam
Superiori crediderunt cives, hoc casu ex-
pirasse judicatur, quando ob præsentiam
periculi ad Magistratûs auxilium provo-
cari non potest. Observandum, quòd
punctum illud non sit *Mathematicum*, sed
Morale, quod *latitudine* quâdam temporis
gaudet, *aquitate* mensurandi.

4. In

4. In civitatibus & solitudo loci, & nox & *repentina nimis invasio inter plures*, Præsentis temporis circumferentia includuntur.

*Solitudo eadem excusat, nam v. g. ex agro si hostis immineat, frustra Magistratus in-
clamatur. Nox concubia præsertim so-
litudini æquiparatur in media urbe. Sic
in media Aula & Curia in sinu Magistra-
tus latrocinio quis peti potest. Ubi de-
fensionis, ni alii succurrant aut succurre-
re queant Licentia ad eadem.*

5. Præteriti & futuri temporis in *Ci-
vitate* nulla habetur ratio; Non *præte-
riti*, esto enim te vim injuriamque passum
esse maximam, si supervixeris, ad Magi-
stratum *vindicta* pertinet, jure civitatis.
Ità nec *futuri*. **RECTOR** enim *Civi-
tatis* tenetur cautionem præstare de futu-
ris malis, quam primùm ad notitiam ejus
pervenerit.

Hoc nititur *translatione* juris nostri in *Recto-
res*, quatenus propriæ vindictæ necessi-
tatem, majoris securitatis & justitiæ cau-
sâ, (cujus quilibet in propria causa *æquus
Judex* esse non soleat, nec ob *passionum astus*
possit,) in ipsum **CIVES** transtulerunt,
quod

quod reassumere *salva fide data* non poterunt, nisi casu jam allato, ubi per interpretationem æquissimam *suspendi vel expirasse* Magistratus auxilium, civiumque fides judicatur, quarum hæc obligationem adversam inducere non valebit, nisi cum humanitus *presumptio supervit, ferendis auxiliis, cujus gratiâ & spe freti mortales, libertatis naturalis ultroneam jacturam fecere.*

6. Aliter proceditur in *stata naturali*, ubi quilibet suus sibi Arbiter, Rector, Tutor & Defensor.

Quod à singulis ad *summos imperantes rectè* extenditur, qui vivunt in *statu N.*

7. Eapropter ex præteritâ injuria, non tantum jus nascitur vindictæ in futurum, sed & *cautionis* necessitas ob perpetuam noxæ repetendæ, vel majoris adhuc inferendæ suspicionem.

Vindicta ambiguum nomen, hic non sumitur pro *Voluptate* ex vicissim illato malo. Hæc enim voluptas *rationi rectè repugnat*, & *vid. de Pœnis.* Sed pro jure inferendi mali, ob compensationem. Iniquum est, *ut alter plus habeat ac ego*; Si mihi oculum excusserit, ut ille binis oculis utatur. *En origo Talionis.*

8. Cau-

8. *Cautio* Jure naturæ nobis quæritur, idque vel *circumpositis auxiliis & munimentis*, vel *aggressionem hostis*, qui nisi pœnitentia manifesta ducatur, nec in vincula compingi possit, *Jure occiditur*.

Ratio, quia reliquis mediis omnibus in statu naturali non *satis vitæ meæ cavetur*. Non auxiliis, hæc enim *dubiâ fide mihi* annectuntur. Si *metus* absit perfidiæ, & *pœna* ut in civitatibus; Non munimentis, quæ *solum agrè tuebor*, non pœnitentia, quæ *fallax*, non vincula, quæ *perrumpuntur*. Et nemo tutior custos foret nisi *ipse*, quod miserum; Ergo *optimum Cedes*.

9. Quoniam verò hoc *durissimum* videtur, rectissimè fecerunt mortales, ut in *Civitates* confluerint, ubi communi auxilio contrà mala & invasiones defenduntur.

Nam & *familiarum anceps defensio*, cùm *multitudine* queant obrui. Et quid si in familia lites oriantur, filius insurgat in patrem, servus in dominum.

10. Denique TERTIO causa observabitur. Si ipse *causam* dederis invasioni, injusta universim defensio violenta;

ta; præsertim ad cædem, nisi *fus recon-*
valuerit, adhibito reconciliationis me-
dio, ut jam dictum.

In statu naturali *Conscientia* mordet, ostenso
eminus ultore; In *civitatibus* Justa homi-
cidam pœna sequitur. Ut ut *eadem* obno-
xius judicetur, qui injuriam intrâ vitam
cancellos adhuc consistentem, *suo gladio*
ulcisci voluit, quod fit in **DUELLIS**.

Titulus VI.

De

Defensione bonorum:

I.

Bona sunt ex trita divisione, vel *ani-*
mi, vel *corporis*, vel *fortuna*. **PRI-**
MUM *genus* hûc non spectat, nisi qua-
tenus bona animum juvantia ad bona
fortuna referuntur. Ad *bona corporis*
pertinent, quæ in corpore *sunt*, Eiquè *ad-*
herent. In corpore sunt Libertas, Vale-
tudo, Membrorum integritas, pudicitia.
Adherent vestes, victus.

2. Li-

2. Libertas, *inestimabile bonum* defenditur ad mortem, **JURE**. Sed ità tamen, ut si Dominum assensu expresso, vel patientiâ agnoveris, resultare non liceat.

Assensus expressus Jure naturæ firmatur, ut, quod semel volueris, semper volendum fit; *Patentia* Jure gentium Jus dat manendi. Ut ut ejus exile sit momentum in statu naturali, ubi in violentum Dominum, nisi assenseris exurgere, ejusque jugulo *vitam & libertatem* redimere licet. Ratio; quia nondum intercessit **PACTUM**. Et quemadmodum ille me **JURE BELLII** occideret, quid ni & ipsum Ego. Sed nota, nisi assensum Deditioe, v. gr. positione armorum testatus fuerim, nam hoc *ad assensum sufficit*. Sic malè agitur, si quis *inlitem dedititium* occidat.

3. *Valetudo* defenditur, si noxia mihi obtruderentur, haurienda, facienda. v. g. *Hauftum Suecicum*. *Corporis* damnosam jactationem, vulnera, fustes.

Hæc ut subterfugias, occidere inferentem licet. Ni monitus desistat, & reparationem faciat. *Hofis* enim est, qui ità se gerit. In quem Jus cædis, *tum* quia ex Jactura *Valerudinis* mors oritur, *tum* quia nemini
Jus

Jus est me vexandi, tam quia ad offensam inevitabilis tolerantiam non obligor, quam igitur, si aliter nequeam, exde amolior.

4. Pariter sentiendum est de *Membrorum integritate*, quam corrumpere nemini fas est, & qui mutilare corpus & foedare vulneribus uno & quamvis levisimo *jure casum reputant*. Grotius & Puffendorfius. Dissentit D. Alberti Part. II. I. N. C. 3. §. 15. p. 81.

5. *Pudicitiam* masculus & femina tanti merito habent, quanti vitam. *Illam* igitur, si quis aggressus sit, muliebria viris, & indigna foeminis intentando, *iterum jure cessus* a quibusdam censetur. Contrarium statuit D. Albert. l. c. p. 86.

6. De reliquis ad corpus ejusque salutem pertinentibus promptum est con-jicere, quod *rigidius* defendi possint, si mortis periculum inde emerfurum certo constet.

V. gr. Si panis mihi sit unicus ad trahendam vitam, in loco, ubi parari ultra nequeat, tempore famis vel naufragii, in solitudi-

L ne,

ne, cadere licet hominem, qui *cum pane vitam* eripere tentat. *Atis*, attamen moriendum est. *¶* Media sustentationis retinenda sunt, *quantum pote*, & quo longius vita prorogatur, eò major spes evasione ex calamitate.

7. *In victu* magna vitæ necessitas. Si habeam, eripi non patior, si escam in medio positam, petant duo, an alter vi arcendus est, etsi certo mortis casu. *¶* *Affirmative*.

8. Vestitu *difficulter* caremus, omnibusque fomentis, quibus frigora aërisque injuriam arcemus, *lectos, habitacula, &c.* Quæ si quis eripere hæc bona conetur, arcendus est, & *si certa mors* nobis expectanda, per rapinam, *cade tollendus est.*

Ratio patet. Nullum enim jus est alteri, ut *me occidat*, nec in me obligatio, ut nullâ, & quidem lenta & acerba morte quale frigus v. gr. tolli me patiar. Ponderari hic *corporum* conditio debet, ut & Climates locique quo vivimus. Dantur enim Provinciæ, ubi sine vestibus commode vivitur, *dantur corpora*, quæ mucos, herbisque le vincunt, & in caverna ab injuriis aliis defensantur. Quod si virgini v. gr. vel

vel honesto viro quis vestem & velamenta detrahere tentet? *¶* Si in civitate fiat datur *compensatio legitima*. Si alibi, honoris nulla ratio habenda, si de pudore & castimonia aliàs constet. Esto vero contumeliam ejusmodi, nescio *quid fatale*, & constantem ignominiam post se trahere, non video, cur tale quid tolerandum sit & *impune* ferendum.

9. Ut vis sententiæ in dictis perspiciatur, discernere licet in aggressore *statum*, vel enim *amicus* fuit hætenùs, primùmque nocet, vel *indifferens*, vel *hostis* professus. SI HQC, occidatur, quavis causâ injuriæ. Hoc enim LICET, *si PRIVUS* & *primum*, adhiberi temperamentum potest in illis injuriis, quæ mortem immediatè non accelerant. Usque dum *hostilitas* invaluerit, *cum jure*, quidvis in ipsum patrandi,

10. Constat etiam ex allatis, *Minores* in bonis injurias, & fortè, licet *incommodè* tolerabiles, non *ad unguem ressecandas* esse. Dandum enim aliquid *humanitati*, dandum *necessitati*, quæ & alterum

urget; Dandum *amori*, quo in aliena commoda, cum nostro etiam incommodo invitamur.

Titulus VII.

De

Bonis fortunæ, & speciatim de
HONORE.

1.

BONA fortunæ illis in *corpore* opponuntur, tritâ distinctione & sunt, quæ *fors*, ut loquuntur, seu *Merita nostra* exterius nobis adjecere. Omnia enim tempori & casui obnoxia sunt, inter quæ potissimum numerantur *Opes & honores*.

2. Circâ *opes vindicandas*, quando superest, quo vivere possimus, *mitius* judicandum in *Civitate*, *severius* in *statu naturali*; Nam hic tolli potest, qui etiam superflua eripit. Ibi non nisi *certo casu*.

Explico. In *statu N. dicta Licentia*; nam qui superfluum eripit, *suu mentis violat*, nî reddat

dat, hostis evadet, à me ad sanguinem usque vindicandus. Et quis mihi dixerit, *superflua tantum eripuisse, quæ multa sunt & grandia*, (de levissimis enim non loquor v. gr. pyro, pomo,) & furti seu rapinæ nomen merentur. *Nostro labore etiam superflua parantur, FUTURO usui & necessitati. Præterea exemplum statuendum in uno raptore, ne alius rapiat, cum necessariis & vitam.* Nam in ejusmodi casibus Juris non Exile momentum dat *quædam* aliis exhibendum, ut absterreantur, & videant, nos impunè lacessi non posse.

3. AIS. *Casu quod abundem bonis, alter careat omninò, tollitur æqualitas hoc ipso injuriosa, quod iniqua sit bonorum distributio.* Ergò, qui surripit, mihi tractandus erit.

2. 1. *Κριόμενος* si sit, an qui diffinit bonis, communicare debeat uliro homini esurienti, & moribundo, *controversiam non habet.* Nam hoc exigunt Jura HUMANITATIS, ne *transcamus* ad punctum illud subtilius, de *reviviscentia Juris* ex *inodiu* instituti domini cum reservato *Extremæ necessitatis.* Vid. *de origine Domini.* Sed tamen *eripienda* non sunt, quæ *jure illo* postulantur. 2. *Misius* tractandus est, si *necessitas extrema* urserit, non *malitia.* 3. Si *de restitutione* caveat, *saltem* voluntate,

nam mihi invito ~~tantillum~~ eripere nefas,
& vindicari potest.

4. In Civitate disputatur, an *univer-*
sim bona erepta *cadibus* ulcisci justum sit,
& quod sit jus *furem NOCTURNUM*
occidendi. De bonorum raptu in Statu
N. sententiam diximus, *quousque liceat*
ulcisci. Sed an ullò modò in Civitate?
De *facto* id fieri ultione publicâ constat.
Amplectimur *Affirmativam*.

Nolo controversiam exhaurire, quæ de fu-
rum suspendio agit, an vitâ puniri que-
ant, quod *Jure veteri Divino* non usitatum,
Justitia tamen ejusmodi pœnz nititur *sine*
Civitatis, cujus interest omnium bona in
salvo esse, præsertim *subiatio compensationis*
beneficio, per servitiâ & bonorum dispen-
sationem per familias, ut apud *Hebraeos*.
Hinc argumentum nasci arbitror, quod
si publica manu finis iste, casu mox alle-
gato furis nocturni, obtineri nequeat,
privatâ attingatur, *cum παράδωπον* ultionis
in fure, tùm *boni* recuperatio. *Nec juvat*
afferre, quod in Civitate, ablata restitui a-
liunde queant, & *Christus* id vetuerit. Si-
quidem illud non semper *evenit*, ut recu-
peretur amissum, *Christus* verò vindictam,
quæ nocendi lætitiâ est, *prohibet*, & qui-
dem in *re leviori*.

5. Jus

5. Jus *furis nocturni* ex Jure Divino liquidum, in *Civili*, ut solet, certis cautionibus circumscriptum est. Nec illud *fictioni* mere juris inniti arbitror, quod *testimonium* absit, quod recuperari rapta non possint, sed quod *nocte concubia* reconvalescat *status nature*, suspenso jure *Civitatis*.

Unde etiam *metui* aliquid dandum latrocinii; tenebræ enim sunt meticulosæ, & quid non timetur à ture? *Timor* autem an *justus* fuerit, ex instrumentis apud furem repertis, & si audacius furtum *ascendendo*, *perrampendo* aggressurus sit, *judicari* civiliter solet, Etiam annon *dolo* peremptus fuerit? *Signa* enim ejusmodi factum produunt. Quæ omnia latius diduci possunt, & merentur, sed *alio loco*.

6. De HONORE quid sentiendum, quem calidè adeo tuentur *οἱ εὐτυχεῖς*. HONOR præter *opinionem* nihil est, sed quæ magnos habet & luculentos in *civitate effectus*. In *statu naturali* nullus quod videam, ulus Honoris, ibi enim regnat *ÆQUALITAS*. *Contemptum*

alterius proderet ipsa illa æqualitas vi colendæ societatis & amicitiaæ mutuaæ prohibet. Sed ad honorem nihil obligat; Et qui urgeret suum honorem, jam societatis equalissima jus violasset.

7. Iccircò ad Existimationem Civilem omnia refunduntur, quæ cum instituta ordinis & dignitatis *disparitate*, annexo UTILI, sine injuria violari nequeat, merito etiam vindicatur.

Equidem non minus in statu N. vindicare sui contemptum licet, Sed generosi animi non in aliorum opinione, sed suæ virtutis conscientia Honorem collocant, & vindictam ejus, ni alia & noxia magis accedant, insuper habent.

8. *Causa rationalis vindictæ* consistit in Eo, quod Jus constitutum publico calculo violetur, & civilibus plerumque remediis integrum restituitur. Sic suus Honor principi, civi, omnibus, qui Civitatem constituunt, EXTRA eam futuri pares.

9. Negari etiam nequit, quod contum-

me-

melia, quam contemptum cum Irrisione vocant *Rhetores*, pondus accipiunt, eò majus, quo personæ Existimationis Civilis gradu inter se differunt; Et vero offensionis gravitas multum pendet à *calculo publico*.

Nam alia alii pro *injuriis* habent, maximæ quæ dolorem unà inferant, v. gr. *Alapa*; quanquam in hoc passu minima doloris habeatur ratio apud offensos.

10. Honores Civiles ambire, nullo jure prohibitum, ità nec ferre.

Modo absit nimia sui aestimatio, sed *salutem* *virtutem*. Ceteroquin honor Civilis utile sibi annexum habet, vitæ decus & commodum, & quod palmarium est, aliis *serviendi* largissimam occasionem, quâ si ob *virium defectum* uti non possis, indignus honorem geris.

Titulus VIII.

De

Fure in bestias relatè ad conservationem sui,

L 3

I. De

I.

DE *victu* dictum est, BESTIIS-
QUE vescimur; Hinc occasio de
Jure in bestias nonnihil afferendi, quod
 naturali disquisitione versandum omni-
 no est. Ante omnia *postulo* concedi,
nullam juris communionem homines &
 bruta intercedere.

Loquor de *communione & de mutuo*. Nam
 bestia rationis expertes nullum *jas* cum
rationaliter agentibus miscere possunt, nec
 propriam *injuriam* patiuntur. *Probo*; nam
 injuriam pati & *passionem* & injuriam *con-*
scientiam connotat. *Illud Cartesianorum*
scholis nondum satis exploratum videtur,
hoc manifeste brutis denegandum.

2. Attamen hoc fateri necessum est,
 non omnia *homini in bestias* licere.

Nolo adducere *legem Noachi*, quam vocant,
 controversam, de non *comedendo membro*
vivi animalis. Reverentia Conditoris id
 precipue exigit, ne optimis ejus creaturis
faede & ignominiose abutamur. *Contumelia*
 est, corrumpere opus in *conspetu artificis*.
 Et dum vivere animalia compertum sit,
 mortem ut summum malum refugiunt *con-*
trario nisu, *aquum* videtur, ne quod Eodem
 no-

nobiscum beneficio fruatur, Eo nostra libidine privetur. *Ais*: cui non sit injuria, in illud omnia licent, nam *facere, qua non licet*, injuria est. Et annon bestiz arboribus & plantis in hoc tertio noxæ & destructionis comparantur. Sed his nulla injuria infertur, si destruantur pro lubitu. & Injuriz superius descriptæ terminus quidem non est bestia, sed materia ejus, quæ redundat in DEum. De plantis ineptè excipitur. Nam oculis patet motum vitalem, esse vegetativo nobiliorem. Et nego omnia etiam in has licere, sine causa, quæ meram libidinem tollat.

3. Quod *Metemphychoseos* metu, sive quod Divinum quid inesse quibusdam bestiis crediderint nonnullæ gentes & Philosophi, non præjudicat *Juri nature*, quod ex ossibus quasi ipsius in re veritatis hauriendum est. At in bestiis præter materiam & materiæ motum nihil esse constat.

Quod ex *Philosophia* hic ut certum pono.

4. Unde jam *queritur*, an sit injuria in Conditoem, si nutriendæ vitæ bestiis utamur, iisque vel omnibus, vel certa ex causa

causa selectis & Utrinque negativam
tueor.

Et quidem ex his *rationibus*, quia (1) *naturaliter* hominis dominio subjiuntur, ut entia, quæ bruto motu impetuque ducuntur, nec est, quod *dominum* evertat. Sed quæ Dominio subjacent, in usus etiam transferri possunt, *nullo saltim modo*. 2. Animalia ejus sunt *conditionis*, ut sponte aliquando *cessaturus sit motus*, quid impedit ne cesset ante naturalem terminum. 3. Ipsa animalia nutrimenti causa se *deverant*, quid nî etiam *hoc liceat homini*, eadem ex necessitate? Nihil enim adparet in hoc actu rationi adversum. Sed *excipis?* omnino repugnat. Nam horret animus *occidere animalia*, quæ ab ingenio quid & vetustate participare credi possent, v. gr. Equum, Elephantum, &c. *Id usu facile exolefcit*. Nam & alia *horremus*, ut tenebras, *variore usu*.

5. An autem sanguine vesci liceat, dubitavit diu Ecclesia. Prohibuit Judæis DEUS, & abstinerunt antiquiores patrum.

VERUM prius illud positivâ quadam *Lege* imperatum est, *Posterius* Judaicæ Ecclesiæ venerationem innuit, cum nonnulla *manuetudinis* ostensione. *Cruelitati* quippe pro-

proximum videtur, sanguinem haurire animalium, eorumque naturam induere; Sed **VIDETUR**. Quod additur causa, in sanguine vitam esse, nil impedit. Quid enim *vita animalis, præter motum.*

6. *Quibusdam* animalibus abstinere, non tam *religio* suavit, quàm *Medicina*; Ut & *morum* in *averfatione figuratio*.

Videantur Scriptores de causis legum circa *diserimen ciborum V. T.*

7. Et humanius sine dubio est, non lentâ, sed *citâ morte* bestias extinguere, quas victui paramus, ne in morientium *motibus deliciarum* videamur.

Nititur affectu *miseriçordiæ*, humanitatis illius opinio, quâ *condolemus innocenter* mali quid *patientibus*, quem omnino laudant, qui *proximam ad virtutes dispositionem* in mollibus ejusmodi animis augurantur.

8. Ut verò ad *escam* parentur, nulla noxa & injuria; Sic etiam *alii ministerio* adplicari possunt, cui apti sunt.

Sed eadem, quâ *superius cauteli*. Durius ministerium, quod lentæ morti æquipollet, merito *moraciores averfentur*, ob **DEI** reverentiam, quem animalia habent *opificem & procratorem*. Hinc *genere* dicuntur,

tur, *Metonymia Effectus*, quatenus abusu bestiarum petulanti provocatur *Uxor sui operis*. Adde quod animalia quædam fidelitatis speciem præ se ferant, & dum serviunt, saltèm ne illis nostra causa malè sit, (*Malum est quod averfantur*), suo opere promereantur.

9. *Noxia* animalia tollere licet, v. gr. insectorum genus, & perfectorum animalium illa, quæ rabie sua homini ejusque bonis nocere possent.

Ais. At à DEO immittuntur. *z.* Etiam morbi, & tamen curantur.

10. *Illæ* verò extinguere, quæ ornatui & admirationi hominis proponuntur, nec nutrimentum aliamve utilitatem præstant, furiosum est.

Ut lusciniæ, pavones. Nec horum cerebella, vel illorum linguæ parem habent in gustu præstantiam, qualem in visu & auditu.

Titulus IX.

De

Jure nocendi in SEIPSUM
& quibusdam casibus.

I. Vi-

I. r

VIdimus hucusque, quid *pro defensione nostra* liceat, jam videbimus *Num, & quibus* ex causis noxam inferre corpori vel vitæ concessum sit? Noceatur autem *vel corporis integritati, vel valetudini, vel vitæ*, idque diverso impulsu, sed *unanimi consilio*, bonum aliquod majus illa jacturâ assequendi, sive impensius aliquod malum evitandi.

2. Corporis *integritas* mutilatur, constante sibi ratione, propter *spem salutis*, ut in chirurgicis operationibus ense rescindendum, ne pars sincera trahatur, quod *licere* natura dicat.

Nam ignobilius longè *membrum toto*, ipsaque *vitâ*, quâ demta pereundum ipsi unâ cum reliquis foret. Si *famelici* membra admordent, quod in *historiis* legimus, furoris indicium est, ex lacrantis stomachi vehementia, qui rationem obnubilat, ut irritò sine *pejus morte* remedium arripiant.

3. Circa valetudinem notamus, illam *petulanti malitia* citra necessitatem minime

nime violandam esse, quod ii faciunt, qui merâ libidine turpique intemperantiâ maximum vitæ bonum conscii malorum inde provenientium corrumpunt. Verùm ubi *necessitas*, vel officii, vel procurandæ sustentationis ancipiti noxæ eventu *legem* fixerit, ibi temerare valetudinem permissum est, & certo modo iunctum.

Sic aliis inserviando consumimur. Et cui res angusta domi, ad varias actiones atque officia adigatur, quibus si supercedere cum ditioribus posset, longiorem vitam speraret, & procuraret, v. gr. miles, nauta, mercator; Literati, cum citrà legem officii, merâ sciendi aviditate ducti, per *sedentariam vitam* exitiales sibi morbos attrahunt, excusari in foro Juris N. non possunt, tanto minus, quo citius malum fortean ex *inanis gloriole aucupio* sibi adduxere.

4. Vita vel *consequenter* vel *directè* adimitur. Per consequentiam adimitur, si suscipiantur ea, ex quibus mbrs *sensim* sequitur, sive repentino periculo; Utrunque *probabilitate* standum est consecutionis

tionis, quæ, quò major est, eò turpius ad occisionem DIRECTAM, quam *avloxeigias* acceditur.

V. gr. Turbæ confligentium milicum se immiscere, certum moraliter periculum involvit, si bello sive castris intersis remotus. Huic periculo, quicumque se committit, si mors sequatur, *ejus causa* merito habetur. Quod si ex officio fecerit, & jussu Superioris, excusatur. Vid. infra, de Jure vitæ & necis in subditos.

5. *Directè* adimitur, quando ex applicatione causatum per naturam sequitur effectus, ut si venenum hauriatur, si gladio pectus transfodiatur, vel aliis demùm modis, licet funestus effectus non sequatur, si modò *consilium* adfuerit, & effectus poterat sequi.

6. *Avloxeigias* nunquam permittitur, licet excusationis species variare queant.

Probo illicitam esse (a) quia vitam profundimus, cujus *Domini non sumus*, (b) Si urgentibus malis eripere nos tentemus, ignavia est & desperatio. (c) Instinctum proculcamus vivendi, quem *ludere* vertiginem arguit corruptæ per passionis vehementiam metumque rationis. Adde quod

Societati membrum eripiamus ; ejus quidem argumenti vim non in omni casu cognoscimus , si nempe superstes oneri potius Societati futurus sit ac emolumento.

7. Excusationis *inquam* species variant, v. g. Si virgines quædam, quas Alexandrina Ecclesia in censum sanctorum retulit, evitandi *stupri* gratiâ, sese ultrò suffocârunt, veniam citius mereri videbatur, quam si idem vitandi tormenti causâ fecissent.

Ita ex objecto, circumstantiis, intentione transmittitur *judicii norma*. Quæ impulsore DEO fiunt, ut in *Samsone* legitur, huc non pertinent.

8. QUÆRITUR I. An *venenum* bibere jussus, aut venas solvere à Magistratu, certa moriendi necessitate, licitè imperata exequatur.

¶. Quemadmodum in *pænis exantlandis* non omne exulat *voluntarium*, peccando enim & in civitates coeundo, ad has nos obligavimus, ita quin mortis speciem & eligere & inferre permissum sit, non dubito. Lentam enim nec foedam mortem inducunt, ut ejus *preparations*. Sic fur *furcam* ipse

ipse ascendit, & ni ascendat, trahitur. Illud generosius, mortisque contemptum significat.

9. II. QUÆRITUR: An Archithalassus, vel præfectus oppidi, aut navis, instante victoria hostili, ut deditioem evitet, & gloriosius moriatur, pulverem addere, seque cum suis in auram explodere possit. R. Consulto id fieri non debere.

Rationes, cur talis actio excusari, imò laudari solet, sunt (a) Honor patriæ; (b) Evitatio captivitatis aliorumque malorum; (c) Damnum hosti inferendum; &c. I. Honor esto rationalis, sed rationale est obsequi fortunæ, quam evitare non possis. Nec turpe est vinci, si causam non dederis victoriæ: Ad secundum, Evitare captivitatem, SUMMO MALO, stultissimum. Ad tertium, Damnum illud incertum, nec tali pretio redimendum. Si regetur, à Magistratu hoc imperari, ut nolis, ne locum certa licet morte deserat. &c. Nihil imperatur à prudentibus præfectis, si lux quædam evasioneis & salutis affulgeat, nisi omnium, saltem quorundam. Quo casu, quilibet se evasurum sperat. At in præfenti casu certum exitum & inevitabile.

M 2. 10. QUÆ-

10. QUÆRITUR III. An tormenta, ignominiam, *αὐτοχρησία* evitare concessum fit? **¶. NEGO.**

En rationes. 1. Si captus es, Domino servum eripis moriendo; Si nondum assentis, *patientiam* tormentorum redimere vitam poteras, cum *voluntates* hominum facile flectantur. Hinc 2. *Arguo:* Cum incerta sint *consilia* hominum, si ferociant, si minentur, si torquere cœperint, atque desinunt *proposito*, aut *mortem* accelerant. *Incertum* vero mali *durationem*, certo letho redimere non excusatur. 3. *Fortitudini* propius, mortem *expectare* non inferre. At turpia ut fugiamus, postpositis utilibus, *ni imperet* semper ratio, **SUADET.** *Ignominia* speciatim ratio non habetur, cum honor verus, non in *estimo* alieno, sed *ipsa virtute* consistat, quæ nullâ contumeliâ exterius illatâ contaminatur.

Titulus X.

De

Mediis conservandæ salutis casu aggressionis, sive intuitu hostis.

1. Di-

I.

Dividi possunt in *personalia* & *realia*.
 Et hæc in *mitia* & *violenta*. **PERSONALIA** voco, cùm *homines hominibus* adjunguntur, communi malo profligando. *Realia* sunt vel *positiva* vel *negativa*. **ILLA** armis constant publice sive *tehtë* illatis, omnique nocendi instrumento & consilio. **HÆC** *munimentis, fugâ*.

2. **PERSONÆ** nobis adjunguntur, *Metu* & *fide*. **METUS** ab hoste succenturiatur *prudencia*, quâ socias manus spectare & exorare solemus.

Metus ipse aggregat, tanquam *περίον φόβος*;
 Sic gallinas, porcos confluere videmus, si malum immineat. Sic *lasi animi* eadem injuriâ sponte junguntur. *Hobbesius* civitatum causam è meru derivat. *Poffet derivari* καὶ ἀνάγκη *necessitatis, largior*. Sed an omnes inde fuerint ortæ, *ambigo*. Nam etiam è *familiarum augmentis* oriri poterant. Distingue *factum* & *demonstrationem*, res salva est. De *facto* *Historia* loquitur; de *hâc* *Philosophia* *πελάσει*.

3. *Iterum fide tacita* junguntur homines, vel *expressa*. TACITA fides *presumitur* ex necessitate. *Expressa* autem vel *aequalitatem* servat, vel *non* servat. Quæ non servat, *superiorem* asciscit, aut PRO SEMPER, aut ad *certum finem*.

Quando *aequalitas* servatur, status naturalis non expirat, utut *archori* nonnunquam societate & *amicitiâ* coalescant, v. gr. Viatores in Arabia, qui contra latrones arcehdos societatem ineunt. *Tacita* fides ex socialitatis lege pullulat, quatenus ex officio humanitatis ad mutua auxilia provocamur. Fides autem, quæ *Superiorem* adoptat, si perpetua sit regendi dignitas, *Civitas* vocatur. Si *temporarius* fuerit, Dux vocatur, ad obtinendum finem propositum.

4. Soli vel juncti *realia* media applicare solent. De *negativis* variè differitur, sed *partim* munimentis, *partim* fugâ continentur. Illa circum ponimus, ut terror hosti incutiatur, & cogitatio, nos impunè violari non posse.

Munimentorum duplex utilitas, cum in *oppidâ* hostili, ut *difficilius* vincamur, vel *certius* vincamus; cum ante eam, ut *confilium*

lium nocendi cesset, quod aliàs à malitia humana semper metuendum est. Adde diæterium, in pace de bello cogitandum esse.

5. Fuga periculum *imminens* arctissimè omnium evitamus; Fortunæ enim exitus hoc modo non committitur. Sed an *fuga* semper arripienda sit, ambigè quæritur.

Ratio *difficultatis* in hoc sita est, quod 1. si *spes* affulgeat victoriæ, labes ignaviæ contrahatur, si fugâ damno consuleretur, quæ ad ulteriorem in hoste audaciam invitatio foret. 2. Nulla est *obligatio*, ut hosti hâc viâ parcamus. 3. Interest universi, ut inveniant facinorosi, qui obverso gladio temeritatem ulciscantur.

6. *Affirmamus*, non semper fugæ necessitatem imponi, etiam cum spes victoriæ certa non affulgeat, *tùm* quia fugæ locus non semper suppetit, *tùm* quia fugacibus in vestigiis plerunque hostis hære solet, & deserto stationis commodo fraudulentè uti, *tùm* quia *Existimationis* ratio habetur.

Nam vel maximè in statu naturali ad abstinendos hostes multum facit *fortitudinis opinto*; quæ si semel prostituatur, hærebit *macula ignavia*. In civitatibus existimationi non minus consulendum erit, quæ non abs opinione vulgi dependeat, sed à qua magnum & insignemolumentum.

» Aliàs lege satis caveretur, ut aggressorem
 » facti poeniteat, si forte innocentem fugz.

7. POSITIVA MEDIA armis constant, aliisque nocendi *consiliis & instrumentis*.

V. gr. Quatenus alendo exercitus annona corrumpitur, solitudo latè inducitur, minuendæ sustentationi, qua re multum *hostibus nocetur*.

8. Arma vel *clanculum* expediuntur vel *aperto Marte*. HOC videmus in manifestis congressibus. *Illud ubi dolis in hostem animadvertitur.*

Manifesta arma vel inter singulos dantur, & duella vocantur, vel facto agmine aut iusto exercitu, & *bellum* vocant.

9. QUOCUNQUE demùm *statu* vivamus, arma defensionis causâ expedire

re

re licet, *semper in statu naturali, nonnunquam in Civitate.*

PRIUS patet : Nam ad *singulos* pertinet, se suaque teneri, nec datur *Exceptio*. In *Civitate NONNUNQUAM* ratio publicæ defensionis per *judicium* expirat, *ut dictum*. Nec argumentis *libertatem* nostram & *privilegium* corrumpi patiamur, quæ abs *Anabaptistis* oggeruntur, quasi *Christianos Christi præceptum* à defensione violenta arceret. Nam *Christianismus* non tollit *jus natura*, & quæ afferri solent, ad *fratres & gloria Divina promotionem* pertinent. *Utrumque* à casu *justæ defensionis* exulat.

10. Per *insidias* hostem tolli posse, *Jus naturale affirmat*. Nihil enim interest, *quomodo* tollas, quem tollere licet.

Observari tamen debet 1. *Generositatem* spirare, si *apertis armis* congrédiamur, quam quidem *Itals* rident, veluti *stultam*, quod *offensus nova* offensionem & *fortuna* se objiciat. Turpè *secundò* judicatur *geminare* mortis causas, *venenatis* reliquias, *ferro*. 3. *Vetustum* est, usu *gentium* in *Summos Imperantes percussores* emergere, & *facinus* exequi, non quod *jure natura* id non

locat, sed quod gentes existimant, Majestatem principum, facinoris execratione publica muniendam esse.

Titulus XI.

De

Duellis, ut & de Bello generalia.

DUELLUM est bellum inter duos, conflictus armis infestis & mortiferis. Considerari potest tum ratione finis, tum accidentium, tum vel maximè JURIS.

2. *Finis* est mali cujusdam *vindicta* aut *propulsatio*. Malum hodie in civitatibus plerunque *honoris offensio* censetur, cui purgando arma suscipiuntur. Sed fit etiam *salutis causâ*, si unus alterum adoriatur, ob *inimicitias* undecunq; demum oriundas.

3. *Duellum* verò aliud est *formatum* vel *subitaneum*; ILLUD nomen propriè retinet : HOC *rencontre* vocant apud

apud Gallos, hoc est, *tumultuariam* quandam ex repentino occurſu *vindicationem*, cum altera certo ritu & ex *προαίρεσις* celebratur.

4. **FORMATUM**, *inquam*, provocatione, citatione, comparitione partium, cum *secundis*, trinoque congressu, *permutatis armis* celebratur. Fiuntque vel *privato* ausu, vel *publica* autoritate.

Publicæ autoritatis duella, ut in *historiis* legitur, vel ob honoris *reparationem*, vel innocentie *probationem*, vel mulcti sanguinis *redemptionem* fiebant. *Privato* ausu suscipiuntur licite inter *equales* in *Statu Naturali*, illicite & contra *leges* in *Civitate*, ubi ad *Magistratum vindicta* & *reparatio spectat*.

5. De **JURE** non ambigitur, si adsit *moderamen inculpatæ tutelæ*; Quæ nunquam datur in *duello formato* apud eos, qui *imperio* subjiciuntur.

SCILICET vel inter duos *subjectos unius imperii vel diversi*, vel inter *Eos*, qui partim in *Civitate*, partim in *naturali statu* degunt. v. g. *Civis* contra *piratam*, communem *hostem* defendere se potest, eumque *hostilibus armis* prosequi, hoc enim

LICET cùm publicâ autoritate, cùm suâ. Sed ut *formato duello* se committat, vetat autoritas, cui *subest*. Enimverò casus ad plures à singulis extendi potest, v. g. navis longa Melitensis cum Turcicâ manus conserit, *publico nomine*, quod tamen *bellum* potius est, quàm *duellum*.

6. Ratio est (α) quia vindictæ jus in imperantem translata est *data fide*, & interest reipublicæ, ne cives pro suo arbitrio *destinatis periculis* se objiciant. (β) *Feris duellorum* futilitate se sua prodit, cùm *honoris* causa suscipiantur. An enim honori ducitur, quod fit contrâ leges, & *infamia publica* laborat? Si *vindictæ* causa, animi impotentiam significat, quæ judicium ob iræ intemperantiam prætereire mavult, quàm tutissimo reparationis medio experiri, quod *stultitiæ* non *vulgaris* genus est, ne dicam *puđenda* in legem *inobedientiæ*.

AIS, consuetudinem aliter ferre, *alteram legem*, ni compareat citatus, honorem in majiori periculo versari, præsertim inter milites, apud quos *infamis* non toleretur. *¶ ad obviam objectionem* (α) Consuetudinem

nem

nem legis indolem non induere, nisi Superioris placito, à quo vis omnis parendi. Ponam verò casum, Superiorum placito consuetudinem invaluisse & vigere; ad SINGULOS relabitur, velut in statu naturali, honore custodia. Ita barbaris, qui præter naturam, aliam legem non habent, condonandum, quod urgente necessitate honorem cum emolumentis Duello vindicent; finguntur enim esse æquales, & in statu naturali. Quoniam autem (β) Christiani hanc quæstionem exagitant, qui sciunt, permissionem indignam Magistratus à Divina Lege restringi, nullam spem venia superesse reputabunt; & multo minus (γ) Si Magistratus publicam infamiam facinus notet. Et quid si duellum reparationis medium apud quosdam milites hodiernis moribus non habeatur, nisi pars altera vel utraque concidant? Manifestè videtur facti temeritas, quæ iudicio rectæ rationis & prudentis condemnatur.

7. CASUS. Queritur, an tempore famis duellum fieri queat à duobus, ut qui ceciderit, alteri in Escam cedat; &c. Velut clandestinum homicidium prohibetur, quidni etiam apertum?

AIS, at urget necessitas! Et melius est hoc pacto ad escam eligi, quem fortuna rapuerit, sive hoc fortilegii genus, ne mactari

pen-

pecudis instar, sed militis occumbere videatur. *¶* Ad escam vivos quocunque modo seligere non licet, etsi mactandus ipse consentiat. Nemini enim jus est, in vitam suam vel temeritate periculi, vel mortis spontanea selectu, spe nulla evasions, amittendam. Unde peccant qui occidunt, tum illo qui consentit. Regis factum extulsi parili casu, si in praegravata navi, certo naufragii periculo, quidam sortilegio determinati ejiciantur. *¶* Ejectio non est homicidium, Et in vastissimo Oceano nataturus spem habet appulsus. Et quid si perent, facto tamen perit, non nostra manus pecudis instar trahendus, dilaniandus. Quamquam votari carnes humanas non contrarium Juri, sed decoris moribus reputem.

8. *Bellum à Duello non differt, nisi subiecto. Ibi sunt personæ singulares Physicæ, hic morales.*

Ergo nec bellum proprie vocatur, si turmæ tumultuariz, v. gr. viatorum cum turmis Arabum coeant, *Conflitus* vocatur; nec si cives in Magistratum arma tollunt, *Rebello* vocatur. Ad bellum pertinet *Status* & *Actiones* certa lege muniendi. *Status* durat belli, cessantibus actionibus, Hoc est, *jus nocendi*, cessante damni illatione. *Status*, ἀιολόγος talis datur inter singulos
in

in statu naturali, si hostis respiciat, i. e. pacem restauret.

9. Bellum aliud *justum*, aliud *injustum* est. ILLUD quod receptis apud Gentes MORIBUS geritur. Injustum quod *secus*.

Ergo non respicitur semper *justitia causa*, quæ quidem utrinque prætendi potest.

10. Ad justitiam pertinet *Ius Feciale*, *Clarigatio*, *indemnitas nunciorum*, *defensionis mensura*, & *oppugnationis modus*, *fides*, *captivorum obsidumque iusta tractatio*, & quæ non?

Titulus XII.

De

Subiecto bellum gerente, Ejusque Jure.

I.

HÆc est CIVITAS, seu *summus Imperans*, publica vi accinctus. Ubi consideranda veniunt: *Quid liceat Imperan-*

peranti pro sua *persona singulari*, tum *naturaliter* tum *moraliter*. Tum quid membris Civitatis versus caput, versus se invicem & versus hostes ?

Equidem hæc ad *Jus publicum universale*, seu de jure Civitatis tractationem spectant. Verum *Grotio* obsequentes hic aliquid adjicimus discentium gratia, quibus hæc consecrantur.

2. QUID imperanti LICEAT circa propriam personam ex Jure intelligitur *singulis hominibus* concessio. Et cum imperans in statu N. vivat, nullius imperio obnoxius, id facere permittitur, quod alias singuli.

Sic custodiam sibi militum circumponant, non tam *majestatis*, sed & *defensionis* causa.

3. Quemadmodum autem homo tantum habet in corpus suum potestatis, ut putrescens membrum avellat, & *peccantes humores* expurget. Ita corpori non minus suo, Reipublicæ, Imperans *tanquam caput*, invigilat, & quæ noxia videntur membra *totius interitum tractu-*

ra,

ra, severo remedio, i. e. pœnis rescindit aut purgat.

Hic janua aperitur ad *Summum* in Jure Magistratus principum, circa vitâ necemq; subditorum. *Liquet*, ob finem felicitatis Civitates coisse, qui minus obtinebitur, si vinculu[m] *societatis* ulla ratione labefactaretur. At labefactatur inobediencia *subditorum*, qui *pro* illam inter imperantem & obsequentem convellunt, eo vehementius, quo atrocitius fuerit peccatum. Præterea *delinquens*, eo se quod media felicitatis obtinenda *socialiter*, autoritatem *legum* temerè transgreditur, ipso opere declarat in *statum naturalem*, se vindicare, quem si fingas delicto obtinuisse, in eum licent omnia, quæ in hostem. Nam hostis est, qui fundamenta civitatis, *facinore arduo scandaloque* convellit. Hinc penes rectorem *judicium* est, quæ delicta vinculum *Societatis civilis* propius attingant, quæ *remotius*. Hac lenius, illa severius puniuntur. v. gr. *summum illud crimen laesæ Majestatis*, quo proxime ad rupturam *vinctuli illius* acceditur.

4. Jus *vite & necis* dilucide derivatur à *sine societatis*. Qui vult *finem*, vult etiam *media*. Sed finis, *Civitatum tranquillitas* non obtinetur, nisi pœnarum

N

metu

metu protervia coerceatur & castigetur. E.

Alis. Quidni liceat *pœnitentiâ duci*, quod in civitatem coierim. *Licet, sed alio, medio, non delictis.* Nam qui delinquit, hostiliter se gerit in *religiosa membra* societatis, quæ si dissolvuntur, in statum relabuntur *miserrimum*.

5. Jus vitæ exercetur non tantum in *supplicis irrogandis*, sed etiam *propulsando hoste*.

Regis enim manus sunt *cives armati*, sine quibus societas defendi nequit.

6. Huc refer jus illud *Eminens*, quod *αὐτῶν* *κυρίως* Dominium vocant, quatenus se ad Civium *bona* porrigit, ut iis ad defensionem publici boni utatur.

Hoc jus non contrariari *justitia & dominio* civium in bona sua vel inde constat, quod *vitâ sua*, nedum *bonis*, regentis arbitrio, in ordine ad *finem societatis* subjiciantur. Nec sequitur bona civium in patrimonio Regis, & pro lubitu eripi posse. Nam *propria* manent *singulis*. Verum quando conferunt cives in societatem, præsumuntur voluisse quoque *bona sua* conferre ad obtinendam publicam salutem sub *directorio imperantis*, cui & vitam & libertatem se-

cum

cum commisere. Minimè igitur *libido* imperantis, sed summa necessitas in causa sunt, ut privata bona publicis commodis applicentur, casuque ortam fuisse *inaequalitatem* inter cives, dum v. gr. defensionis gratia, horti, ædificia destruntur, fieri debet *exacta* cum reliquis *commensuratio* & *compensatio*.

7. Vicissim quid *Civi in caput* liceat, meritò disquiritur? Nos affirmamus, **NIHIL LICERE**. Salus enim membrorum in eo versatur, si capiti suo, non *sibi* obsequantur, *hospite* invicem **UNIONE**.

Loquor de *jure nocendi*. Non quid aliàs **LICEAT**. Unde cives, ne arma in principem sustollant, prohibentur. Ex *civitatis indole*, quæ principem *arbitrator* habet, nullique rationi, (quanto minus si armis exigatur,) obnoxium. Si vero cautum sit *expressa clausula*, id licere, etiam in *capite potestas* minuitur, quæ populo vindicatur, velut actionum *arbitro*. Confer cap. ult. *Tertia Sect.* & cavebis, ne utilia cum Justis, & iis, quæ impune fiunt, commisceas. Qua de re fusius *Politici* & *Grotius* lib: 1. **15**, ac si Rex in *tyrannum* mutatus sit, si hostem se gerat non caput. **2.** Quis *finis* reges inter Regem & Tyrannum, præsertim

N 2 tim

tim in *Hypothesi*: Et esto, *furere Caligulas*, *Helleboro potius*, ut *maniaci*, quam *rebellionem* corriguntur. Adeoque nec ob religionem, nî populo *expresse* (nam *implicite* non sufficit,) reservatum fuerit, *gladium tollere licet*. Hujus enim arma sunt *Preces & Lachryma*. De Jure Electorum Imperii, in causis belli Germanici agunt *Publicistæ*.

8. INTER SE INVICEM cives *mutuo pacto* colligantur (tacito saltim, nisi manifesto) quod constitutum sibi principem *impedire* in functionibus suis nolint.

Ut si uni pluribusve *male* sit, *infiectis* ab imperante *pœnis* (*justè* vel *injustè* nil interest) reliqui socium vi liberare non possint. Cum nihil præter *obsequii gloriam* ipsis relictum sit. Loquor de *vero rege*, de principe, qui *de superioribus* habet, non qui summum in civitate locum seu magistratum obtinet, prout *dignitas illa exterius* splendens oculos plerumque animosque fallit.

9. *Versus hostes* tantum licet civi, quantum videbitur *imperanti*.

In *statu naturali* omnia licent, cum exceptione tamen humanitatis. Sed abs imperante *licentia* illa vel *laxatur* vel *restringitur*. Pro ut è re videtur civitatis, cum *singulæ* ci-

vis

vis actiones, præsertim quæ in externos emanant, maximè omnium usus ejus obversari debeant, & in ordine ad communem salutem dirigi. Sic hostem occidere militi, spoliare non licet, nisi ad mensuram imperii.

IO. Quatenus verò cives Imperanti, ut corpus cohærent, Eo Imperans in *statu naturali vivens*, Jura ejus status exequitur pro *Lubitu*, agnoscimus civem in hostes tantum posse, quantum imperans naturali privilegio uti voluerit.

Quapropter *civis non est*, querere de causa belli, quæ à capite postulatur, non à manu. Ita excusatur civis, etsi belli jura in eum exerceat, à quo ipse in individuo læsus non est.

Titulus XIII.

De

Æquitate Juris bellici.

I.

ÆQUITAS sæpius cum *Jure* coincidit, aliquando discrepat, juxta *Vulgatum*: *Summum Jus, summa iniquitas.*

N 3

quitas.

quitas. Id est. Si procul beneficio interpretationis [qua casus nonnulli ex mente legislatoris vel eximuntur vel temperantur] litera legis rigidissime prematur. Sed *nec hoc intelligimus* : Verum *mansuetudinem* illam *naturalem*, ut cedamus nonnunquam *Jure*, vel aliquid agamus prout *humanitatis* nostræ memoria suaferit, hoc lemmate potissimum dirigenda, *Quod tibi velles fieri, alteri quoque feceris.*

2. Jure belli multa *licent*, quæ tamen *aquitas DISSUASERIT.*

Licent verò tum quæ *impune* fiunt, tum quæ *Jure.* Ita crudelitates exercentur *impune*, expilatis domibus etiam ii occiduntur, qui redemisse vitam pretio videbantur, &c. Hoc enim *injuste* fit, cum fidem servari, Lex naturæ exigat. **JUS EST**, ut *liceant omnia in hostem*, quæ **TALEM**; h. e. qui in gratiam nondum redierit, & qui in *supplicium* sit constitutus, si belli vi *obterantur senes, femina, infantes*, destruuntur incendio, veteris novæq; industriæ monumenta, & quicquid nocere nobis vel alteri *damnum doloremque inferre aptum* fit.

3. *Æqui-*

3. *Æquitas* commonstratur *vel* Juris omissione *vel* temperamento. Utrumque nascitur ex humanitate, eaque secundum *propriam* *negotium* aut publicam.

Humanitas *proprio motu* exerta variat, cum animorum *dispositione*. Alii enim aliis natura *ferociores, missores*. Nonnulli *moderationem* lubenter accipiunt. Rationi audientes, quæ *materiam lenitatis* exponit. Quidam *hæc dictamina proculcant*, facturi, quod *sibi fieri nollent*. VERBO. Officia humanitatis, quæ mihi per se & per consequentiam non nocent, alteri vero, ut Homini, profunt, in *Bello* quoque *laudabiliter* exeruntur.

4. *Propria negotium* si *indoles* desit ratione dirigitur ne juris rigorem exerceamus, ubi *momenta* desunt & *laudabilius* ille ommitteretur.

Laudabilius ex opinione *virtutis*, beneficentia v. gr. mansuetudinis, prudentia.

5. *Publica negotium* æstimo *communi* nititur & *moribus* Gentium.

Æstimum commune ratione *gaudet* *vel* *egret*; v. g. Surrepto pomo militem suspendi injustè, *Vulgus* judicat, quod nulla inter *potestatem* & *vitam* hominis intercedat *proportio*. Sed finem exempli statuendi

ignorat. *Moribus Gentium* civilius cum hoste proceditur; v. gr. Dedititiis parcitur, captivi *humanius* tractantur, ille, qui alacriter se defendit, non male habetur ob datum damnum, sed *laudatur* ob *virtutem*.

6. Exemplis res fit clarior. Ex. c. *Jure militari* spoliare licet tumulos, evertere templa, corrumpere urbes incendio, occidere, quicquid vitalem spiritum trahit &c. Sed *ab equitate* modus accipitur.

Moribus Gentium turpe habetur, turbare *Manes*, sævire in eos, qui nocere non possunt, impotentis animi signum judicatur. Armatus sit, quem *oderim*, dixit *Pellaus juvenis*, ita evertere tot seculorum monumenta. Si, *inquam*, ratio desit particularis, necessitatis aut exempli, ut *Everfio* urbium *Canaanis*, *Regumque* ad arbores *suspensio*.

7. *Æquitatis* etiam illustre est exemplum & virtutis, si ad *reconciliationis media* animum proclivem adplicemus, hostemq; ad *duriores pacis conditiones* non adigamus, quarum indignitate motus acer-

acerbiores iras repetat, vertente rerum humanarum fortuna.

Id fit, si belli sumptus ad *rigorem* expendantur, nimiumque in parte altera Vindictæ cupido flagret. Interest autem societatis humanæ, ne in *æternum* bella durent.

8. Reconciliationi firmandæ *fidem publicam* requirimus, quam Jure N. nec *apud hostem* violare licet, quemadmodum nec inter *privatos*.

RATIO, quoniam impossibile foret, ullam redire pacem, cum pax incerta ob lubricam fidem *ipso bello* pejor æstimeretur. *Materia circa quam* fidei publicæ est *ipsa pax*, pactiones, deditio, obsides, pignora. *Adde*, durante bello, inducias, redemptionem captivorum, quæ omnia latius exequi, & jura sigillatim ostendere, instituti brevitatis non patitur. Pondus argumentandi circa hæc omnia desumitur ex *socialitate*, miseria belli æterni, æquitate. *An latroni fidem fallere liceat?* disputatur, Ego minus arbitror. Confer. tit. de Jura-
mentis. Nec juvat dicere, id generi humano *noxæ futurum*. Nam stante fide affectus remedio civili interrumpi potest. In statu naturali fidem quidem latroni servabis, sed ut latroni, quantum poteris, *liberata fide* nocēbis. Vin, causam? Homo
N 5 est,

est, licet *hostium scelestissimus*, cum quo nulla Jurium communio, nisi quæ ipsam spectent *humanitatem*. AIS, quid fidei cum humanitate? R. multum, quia est *Socialis*, Societatis verò generis humani interest, ut vitam à latrone redimamus, ne rescissa spe promissi, in alios promiscuè sæviant.

9. *Æquitas* tandem postulat, ut iis quæ nos hostemque interjacent, *pacis cultoribus* non noceatur, *damnumque datum*, quo pote modo resarciatur.

Transitus innoxius esto! Munimenta *præsidio* liberentur, cautionis in modum infessa. Ne adigantur ad *sumendas partes*, nisi summa nostra salus exegerit. *Destructa* à nobis nostra vel hostis causa *restituantur* in integrum vel *compensentur*. Quæ omnia mensurantur *librâ æquitatis*, ne faciamus, quod ferre pari casu *cum ratione nollemus*.

10. CASUS. An æquum sit obteri *innocentes* hostium causa? R. *licet*. Si necessitas, durum telum, nostraque *jaçtura* id imperet.

V. gr. *Hostis in urbem innoxiam* se recipit. An flammis & ignibus obterendi etiam *innocentes*? UTIQUE: Si *commodum* nobis nascitur *rationabile*, è contra *damnum hominum bonorumq;*, si propter *innocentes hosti*
par-

parceretur. Nulla enim jubet æquitas, ut
vigente hostetot innocentes nostrarum parti-
um interfici patiamur, ne *alii innocentes,*
qui tamen nostrarum partium non sunt,
male habeant.

Plura forent, quæ circa bel-
lum monere & discutere po-
teramus, extantibus passim
apud *Grotium*, *Pufendorfium*
aliosque materiis; sed cum in
principiis hærendum nobis es-
se arbitremur, studiò *Conclu-*
siones ferè infinitas præterire
libuit, in quas nemo non prin-
cipiorum *probe tenax*, Respon-
siones afferre & Jus eruere
genuinum, *absq̃ Magi-*
stro poterit.

PAR.



PARTIS II.^{da}

SECTIO TERTIA.

De

JURE ET OFFICIIS VERSUS ALIOS.

AD *Societatem* nasci homines *multa probant.* PRIMO enim *instinctus* naturalis ad *sociorum* commercium nos impellit & pessimè nobiscum agi arbitramur, si *aditus aliorum* & colloquium intercipiatur. Ne quid dicam *de aptitudine* ad societatem, quam *partim* ex rationis beneficio, *partim* ex naturarum similitudine accerso. IL-
LA causas ostendit & argumenta quibus ponderatis ultro ad societatem *protrudimur.*

mor. HÆC fodalitate *similium* gaudet, velut & bruta solent, atque cognatis maculis feræ. *Generandi calor* & appetens *diversi sexus* satis instinctum alius inhaerentem prodit, nec citra societatem suus generi humano constat *honor & felicitas*, quam nisi pereuntibus *alii* succederent, secutura everteret *mortalitas*. Adeoque ad *conjugii primum*, post *familie* societatem, ferente necessitate provehimur. Ex quibus in unum *perfectissimo modo* compositis civitates oriuntur. SE-CUNDO Rationis ARGUMENTA *perspecto fine*, abs homine id exigunt, ut *colendæ societati* omnem operam navet: Quandoquidem miserrimus foret, & deterioris cum bruto sortis, nisi auxiliares sibi manus accerferet, quarum ministerio adolesceret felicius, & adultus bona sibi necessaria compararet atque tueretur. *Idcirco* summa homini incumbit sollicitudo, ne quid committat, quod *societatis* har-

harmoniam & συνέχειαν turbet, cujus *præsidio tranquillam* se vitam ducere posse, arbitretur. Verum enim verò, quamvis hæc perspicua sint, & facile quemvis *officii* admoneant, *variis ambagibus* hæc doctrina diffunditur, ut fere nihil sit difficilius, quam ex tot sententiarum *divortius* VERUM colligere, & præstantibus argumentis tueri. Quot enim, *obsecro*, disseminantur opiniones, quæ Jurium officiorumque *incunabula & fontes* diligenter at diversis viis investigant *aliis* ex ipsa natura, *aliis* ex ratione & instinctu, *aliis* ex mera utilitate auspiciæ tantæ rei capientibus. Nihil tamen *insolentius* judico, & à Veri limine longinquius, quam si *solo commodo*, quicquid est Juris, metiamur, vel ad *expertem Justitiæ consuetudinem* provocemus, cum in re conscientiam læsura certis indiciis standum sit, *ne fallamur*. Nec sufficit veterum *oraculis, effatis & sententis* munire opiniones de
Iusto,

Iusto, qui multitudine non semel veritatem potius opprimunt quàm explicant. Demonstrationis solidæ & quæ constantis evidentia conclusiones necitat, praesidio tutius utimur, tanto minus fallendi, quo exploratius ratio nostra apparens quasi in oculis verum comprehendit. Unde nam vero illa desumitur? Nullicunde suavius & apertius, quam si ad Societatis humanæ indolem, nostramque indigentiam respiciatur. Illa enim studio nostro & instinctu adpetitur, nec aliter possint, qui propriam suam salutem non oderint.

INDOLES *inquam* hominum exploranda est, cum quibus *te vivere suaviter & commodè* intersit. *Eam* vero in nobismet ipsis experimur & quisque per *seculam explorationem* deprehendit, *adpetitum Societatis* variis impedimentis *Philantropias, ferociæ, superbiam illigari, quæ nisi amoveantur, nullum nobis commercium sed sæda rerum turbatio ab infensis hostibus*

stibus expectanda sit. Quamobrem̄
suprema Lex singulis præfigitur, qui sua
 pertinacia & morositate pessundari no-
 lint, FACIENDA ESSE, QUÆ
 SOCIALI NATURÆ HOMINIS
 CONVENIUNT, h. e. tali, quæ so-
 cietatem adpetat, neque absque omni so-
 cietate vivere possit, quod propterea mo-
 neo, ne *Societas* cum *Socialitate* confun-
 datur. SOCIALITER vivere poteris,
 licet in *nulla* societate degas, nedum
 HAC vel illa. Videlicet eas semper
operationes exercere studebis, quas nullam
 societatem turbare, odiove haberi com-
 pertum sit, quocunque demum nomine ve-
 niat. Quanquam autem distincta sint
societas & socialitas, nihilominus una al-
 teram cognoscendo adjuvat, cum nescias
 quid sit socialem se exhibere, nisi ad *socie-
 tatem quandam* oculos reflectas, & velut
experientia discas, quid societatem con-
 struat vel turbet. Ita nobis ultro occur-
 rit

rit generalis illa societas cum quibusvis hominibus, quâ homines sunt, nil morati, an *superiores, inferiores, an æquales* sint. Quilibet hæut ægrè perſentiscit, quid homini secum victuro gratum sit, cum ipse *humana carne & affectu* induatur. Observata fideliter hac *cynosura*, videbitur aliud *Officium*, aliud *Jus* esse. OFFICIUM vocamus, quod actione proditur cum *fine* societatis CONNEXA; At finis à societate hominum intentus non absolvitur qualicunque præsentia & indemnitate sed etiam *mutua* amicitiaë LEGE, *auxiliis, beneficiis*. JUS eousque porrigitur, ut tantum *facere vel omittere* liceat, quantum *societatis scopum* non OFFENDIT, meque ex sociabili membro ineptum & exosum reddit. Circa *hos cardines* volvitur, quicquid in disciplina Juris N. *differi ab Eruditis* solet, quibus in usu fuit hæctenus, reliqua quæ DEUM seipsumque spectant levius attingere,

O

gere,

gere, sed *prolixius* iis, imò *unicè* immorari, quæ PROXIMUM concernunt in ordine ad societatem. Prætermiſſis aliis jam *caput illud eximium* aggredimur, quod *ſtamina* Juris divini & humani omnis continet. *Ordinar* vero à *Theſibus*, quas iterum juxta *cauſarum* ſeriem *παιδείας* gratia huc apponere non gravabor. *Reliqui tituli* nexum obſervabunt, quem in *tabella* rudiori penicillo deſcripti. DEUS adſit!

De

*Cauſa Efficiente & Normante
Juris Naturæ circa pro-
ximum.*

1.

EFFICIENS DEUS, homo. ILLE *ἐνομο ἐννεσίφω* & *aperta* ad ſocietatem *deſtinatione*. HIC *inſtinctus* naturalis *obſequio*, & *mediorum uſu*, quos ad ſocietatis cultum pertinere conſpexerit.

2. Dif-

2. Differunt *instinctus*, *aptitudo* & *necessitas* ad societatem colendam, quamvis omnia ad *producendam* illam conferunt.

3. COGNOSCENDI principium in SOCIALITATE ponitur, facili nexu conclusionum & à *rudioribus* quoque palpando.

4. Alia vero per *summam* necessitatem SOCIALITATI connectuntur, alia *infirmius*.

V. gr. Fidem servare NECESSARIO connectitur, fide enim sublata societas omnis *merum latrocinium* foret. *Utilia* & *detora* molestiam quidem creant fociis, ni observentur. *Utilia* intellige, quorum neglectus nullam noxam saltem. *non evidentem* infert socio; v. gr. *lusus loco laboris*.

5. SOCIETAS autem cum *alia sit* Gentium & nationum, *Alia* individuum: *ita* felicitatis diversæ *considerationes* suboriuntur, ad quarum decempe-dam officia & Jura examinantur.

Felicitas scopus omnium & singulorum *vel honestate, vel utilitate & commodo vel*

decoro continetur. *Honestæ* voco, quæ *Rationi* simpliciter conveniunt *vel Legi*.
UTILITAS vel est *generalis*, ipsa **FELI-**
CITAS, tranquillitas vel *specialior* ad u-
 sum majorem commodumque. *Decorum*,
 Græcis *πέποι*, observat, quæ dignitati ge-
 neris humani *præ bestiis* conveniunt.

6. SOCIETAS GENTIUM EA
 observat quæ singuli, *sed MODO* *Jura*
naturalia exigit, *MODO* *consilia* quædam
 mutæ utilitatis, *MODO* *mores* non
 negligendos.

Explico. Si gentes gentiumque capita coë-
 unt, **FIDES SERVANDA**, quod naturæ
 est **JUS**, Mercatura fovenda, quod *consilii*.
 Legatorum indemnitas certis cum cere-
 moniis procuranda, quod *Moris* intro-
 ducti. Sic jure gentium *jura Nat. Consi-*
lia, Mores conveniunt.

7. Norma **EXTERNNA** legalis non
 datur in statu naturali, *licet detur jus Gen-*
tium.

Ratio? quia non datur *superior*. Violat ra-
 men *indirecte* **Jus naturæ**, qui *consilia* non
 sequitur, si possit *commode*, vel moribus
 abutitur ad fallaciam.

8. *Lex Civilis aut unius civitatis aut*
 plu-

plurium obligat, non seorsim à Jure N. sed *conjunctim*.

Nam REMOTO Jure N. *nulla datur fides, nullum obsequium constans, nihil præter metumpœnæ, quem quilibet pro lubitu abjiceret.*

9. Quapropter si singuli vel gentes cœant in societatem *cujuslibet formæ*, VIS à promisso & fide, FIDEI à lege N. oritur. Quæ consiliis meris & utilitatis intuitu coalescunt, facile dilabuntur.

Nec decori tanta habetur ratio.

10. PRINCIPIUM ESSENDI Juris N. à *notitiis insitis* pendet, quas negare frivolum ducimus.

De

Causa Materiali & objecto.

I.

MATERIA IN QUA, *per quam* & *circa quam* considerari debent: IN QUA sunt omnes illæ actiones quæ ad Societatem ordinantur.

2. Sed actiones aut *adivæ* sunt, aut

O 3

Posi-

Positive morales. ILLÆ iterum adia-
φasia positiva vel negativa. *Negativa*
 ad silentium legis refertur, *altera* ad per-
 missionem.

Nam Lex aut *omittit* casum, vel *positive* se de-
 clarat, nihil *interesse* utrum ex duobus *feceris*.

3. POSITIVE morales sunt, vel
stricto sensu vel *latiore.* LATIORE
 etiam moralia vocantur, quæ rationem
 connotant, *Stricto* quæ legem.

Jam dictum Rationem *jubere* multa posse,
 quæ ipsi sunt conformia, utut *Superioris*
cognitio suspendatur, & absit.

4. Materia, PER QUAM J.
 N. operatur sunt actiones vel *Rationis*
 vel *legis.* RATIO per se *precipit, sua-*
det, ordinat ad finem.

Quas actiones ne cum *Lege* confundamus
 CONSILIA J. Næ. nominare placet. At
 si *Rationi Legis* notio accesserit ex condi-
 tione actus substrati in ordine ad finem,
 PRÆCEPTA vocantur, vera cum obli-
 gatione, quæ oritur ex *Autoritate Superio-*
ris, nempe DEI.

5. CONSILIA ista occupantur cir-

ca actiones & objecta, quæ necessariam cum fine societatis NON habent connexionem, ad extrema tamen propius accedunt, turpitudinis vel honestatis.

Quo pertinent *distamina aequitatis*, rerumque licitarum, ita tamen ut nonnunquam præcepti vel prohibiti SPECIEM induant, ut & de promovendo commodo Societatis humanæ.

6. PRÆCEPTA Juris N. in mera vertuntur CONSILIA apud *Altheistas*, qui DEI existentiam & autoritatem negant.

Puta tamen deficiente obligatione *suasionis* pondus adesse, vel ob honestatem, vel ob utilitatem.

7. ITA etiam contingere solet, ut qui connexionem actionis cum fine societatis non satis *dextrè* perspiciant, *consilia* esse arbitrentur, quæ præcepta sunt.

Quo casu tutius est *consilium* sequi, quam elidere, cum obsequendo propius accedam Legi, cujus lædendæ etiam periculum vitandum est. Huc referres conscientiam dubiam & erroneam; illa tutius eligit, hæc deponenda est.

8. OBJECTUM [*Materia circa quam*] *Materiale* sunt homines. *Formale* QUATENUS sociabiles.

Idcirco non *dæmones*, non *bruta*, cum quibus non est juris commercium: *Negative* cum his, *privative* cum illis.

9. Homines autem intellige, cujusvis *sexus*, *ordinis* & *status*.

Adeoque nec infantes nec servi excluduntur.

Nam & his sua Jura sunt Naturæ, non temere violanda. Unde nec omnia in eos licent.

10. *Formale* SOCIALITAS, qui terminus relativus innuit correlatum, sociale ἀμοιβαίων.

Nam si *socialem* Te præbeas, alter *nolet*, Jus evigilat cum *tractandi ut hostem*, quod Jus significat *licentiam* omnia agendi pro *tu*-*bitu*. Si *SOCIALEM* se incipiat præbere, etiam nostri officii non obliviscamur. *En mutuum Socialitatis respectum!*

De

Causa Formali & divisionibus

Juris.

1.

Supra jam in προειρηταῑ aliquid hac de re.

re *uni-versim* allatum est. *Hic* in ordine ad Societatem. **JUS** vel significat quod *non injuste* fit, ut ea quæ **LICENT**, vel ea, quæ *positivam relationem* ad regulam moralem.

2. Licitorum communis regula; quæ **PROHIBITA** non sunt, **LICENT**.

Nam & præcepta *licent*, vel **MAXIME**.

3. Licentia autem aliâs vel *impunitatem* vel *indifferentiam* actus, vel *permissionem* vel *facultatem* aliquid agendi significat.

Omnia conveniunt in illo, **NON INJUSTE FIT**, excepta *impunitate*, quæ internam rurpitudinem non tollit, & *arvens Licentia* vocatur, nempe ea ratione, quâ *arvens* Licentiosus, Libertinus, qui plus *licentia* sibi sumit ac *debet*.

4. **FACULTAS** non semper nudam *licentiam* sed & vim justam, legique conformem significat.

Sic *ius* est eripiendi mea hosti, & vis mihi concessa est moralis & justa *ad rem* & *ad actionem*. Quæ justa sunt, propriè *non licent*, nisi dicantur.

5. PERMISSIO à legis *actus est*, indifferentia ab ejusdem TRANSITU.

Quot sunt actus, qui, quantum ad speciem, moralitate carent, *indifferentes*. Et si nullus detur *indifferens* in individuo.

6. LICITA, si, ut dictum, extremis accedunt, *honestus*, vel fiunt vel omituntur.

Quid HONESTAS? Vox *πολύημο* nam significat vel id quod *Legi* conforme, vel quod *rationali*. Quod LEGI, justum & licitum idem quod honestum. Quod RATIONI vel *æquitatem* significat, vel *τὸ κρείττον* venustatem actionis, vel id, quod *laudabilius*. Omne enim quod *licet*, LAUDABILE, sed aliquid tamen *laudabilius* ob virtutis pretium & æstimationem. Sic *ducere decem uxores, successive licet*, sed paucioribus contentum esse, *laudabilius*, ob virtutis, quam continentiam & castitatem vocamus, *præfagium*.

7. JUS IN SOCIOS vel *facultatem* innuit vel *officium* vel id quod LICET; hocque iterum *tum* ex *Rigore Legis*, tum ex *æquitate*, tum *ἐκ τῆς προσηγορίας*.

(*) *Facultas* jus agendi est, cum in ordine ad SOCIETATEM & societatis QUALITATEM;

TATEM, cum sine ea. **SOCIETAS** iterum vel restauranda vel conservanda. **QUALITAS** vel æqualitatem sociorum vel tranquillitatem, & in tranquillitate felicitatem respicit. Ita non conservatur societas, nisi & æqualitas rerum & Juris. Hinc facultas *MEA* vindicandi obortam inæqualitatem. Sic facultas datur in facinorosos ob firmandam tranquillitatem. Datur etiam vis paciscendi, reconciliandi consentiendi &c. (β) *Secundo LICET* ex rigore *Legis*, persequi hostem in infinitum, sed intuitu æquitatis **NON LICET**. (γ) Ex æquitate licet, ut remittas æquibetator. Vel si æquitas est studium exquantidi passum & contra passum. (δ) *αὐτὸς ἑαυτοῦ.* **LICENT** ejusmodi actiones. (δ) Si τοῦ ἰσχυροῦ, Veneres, Gratia, Civilitas, venustas, amabilitas, dignitas, majestas actionis spectatur, quidni **LICEAT?** est enim conforme *Rationi* **UT SIC**, tales actus celebrare. Denique (ε) *Officium* dicit sive positivam & propriam obligationem à lege, sive metaphoricam à ratione. Sic obligamur ad omne quod *beneficium* est.

8. Lapis Lydius unde agnoscitur, *justam esse actionem* tendentem in alios, si jungendis animis & amicitia sociorum con-ducatur, & vicissim.

Sed

Sed cum alia conducant societati, qua *substantiam*, alia secundum *qualitates*, majoris minorisve utilitatis commodi, decori, etiam *re* Justi nonnulla emergit *disparitas*: HOC MODO, ut quæ substantiam ipsam societatis attinent, *præcepta* esse intelligas, quæ *secus*, *licita*, *honestæ*. Hinc *suprema Lex, Exhibe te socialem*. Quæris QUOMODO? *Re*. in OMNIBUS, quæ societatem servare vel tollere vel ornare & firmare didiceris.

9. Τὸ πρέπον variat nonnunquam, prout animorum, Gentiumque datur diversitas.

Sic pudorem facile incutiunt, quæ *carpi à teneris* audias.

10. Et cum multa liceant, quæ naturaliter nec *ἔαδίας*, neque *ἔμὴ κατὰ λόγον* rationem habent, jure G. voluntario & civili factum est, ut multa *ἔπρεπόν* & consilii *rationem* induerint.

Sic apud *Gentes* quædam invaluerunt, quæ sive *commoda* populorum, sive *amicitiæ* statuendæ & servandæ *subsidiâ* respiciunt, quæ jam omittere *morosum*, & ob *metum turba*, injustum est. Huc refer *Legem Positivam Universalem ad homines κατὰ κοινὸν* *dicere* non sine *providentiâ DEI* traductam, quæ

quæ illicita facit nonnullæ, quorum aper-
tam ex ratione causam exprimere non
possis,

De

Causa Finali ut & de effectu.

I.

SCOPUS omnium actionum hominis
est FELICITAS, tum *hujus vitæ*
tum *future*, cujus non levem habet in
animo *suspicionem*.

Vid. §. 6. supra de *Causa Efficiente*. Hæc
felicitas vitæ hujus longævitate, utilitate
& commodis absolvitur, & si animum re-
spicias, *Virtutum cumulo*, & orituris hinc
bonæ conscientiæ *deliciis*.

2. Felicitas hæc nullo prorsus modo
obtinetur sed miserè pessundatur, nisi *So-
cialem se homo alteri* præbeat.

Quod lucidissimè ostensum *ab Eruditis*. Eti-
am *anima* pessundatur, quæ nullo auxilio
exculca obbrutescit.

3. *Exin* subordinatum finem intel-
ligimus, *studium* societatis, per socialita-
tem quæ excolitur cum actu primo tum
secundo.

Nam

Nam socium habere actu, contingit. Sed sociale ingenium & ad id excultum ostendas, oportet, si habeas.

4. Et cum natura hispidi simus, feroces, *φίλαυτον*, exuendi hi mores, ut institui societatis habendæ & necessitati rite obsequamur.

Qua in re prudentia, arte, artisque *γυμνασία* indigemus; nam vitia ultro nascuntur, virtutes culturam postulant.

5. Præterea societati in genere studendum, ut & illis in specie, si ambire eas congruum & utile visum fuerit.

Sic v. gr. Civitas, Societas in hac malitia perfectior omnibus reliquis, succenturiatur societati *indeterminata*, quod in illa non omnem felicitatem ex voto adipiscamur. Adeoque socialiter nos exhibere possumus & debemus, tam in statu libero simus, quam in illo *Familia & Civitatis*.

6. Socialitas isthæc studiosè excultædi citra summam stultitiam nequit, & maximum facinus.

Hoc patet, quia ad societatem *Lege destinamur*, at quia etiam Rationes perspecta utilitate, necessitate, stolidum est, illud subtrahere, quod *unicum* salutis tuæ & felicitatis medium agnovisti.

7. Quo-

7. Quoniam verò in diversis statibus homo considerari potest, Naturali sc. & Ascitio, in utroque *punctum socialitatis* observatur; Sed status naturalis æquitatem pro mensura actionum habet. Reliqui finem societatis SPECIEI competentem.

Æqualitas ubique in censum venit, sed maxime in statu N. quod humanitate, qua patres sumus nihil adhuc aliunde Juris & dignitatis accerserit.

8. EFFECTUS cum *sine* coincidit.

Sic societas tranquilla producitur, observatione Jurium, ut & contra neglectu officii dissolutio, turbæ feræles.

9. Ex societate *sua viter composita* mille nascuntur utilitates, quæ in singulos privatim redundant, Cultura animi, suavitas, vitæ tolerandæ præsidia & quæ non bona, quibus felicitas perpetuam procuratur.

10. *Orta hostilitate*, non statim tollitur socialitas, quanquam *societas & conversatio* expiret.

Hinc

Hinc fit ut in medio bello connitendum sit
ad Pacem, nec bellum debeat suscipi, nisi
ut illa promoveatur.

Titulus I.

De

Amore Proximi.

I.

Postquam Sole meridiano clariùs patet, non omne, quod *Libet*, Homini, id ipsum quoque **JUS ESSE**, consentaneum est, quin dispiciatur sedulò, *quibus* tandem modis & Legibus *Libido effrenis*, & pro hoc hominum statu *corruptissima* circumsepiatur.

2. *Dubitari* nequit, quòd si homo in illa felicitate perstitisset; cujus ope Lex interna **DEI** fulgidissimis radiis, animum ejus oplevisset, etiam *Proximi amorem tantâ* vi & suavitate effulsurum fuisse, quin universis & singulis, de officii mutui ratione & vinculis *apertissimè* constitisset.

Et

Et hoc modo Amor, *potentissimus affectus*, qui non sua, sed quæ sunt aliorum, quærit, omnem nocendi libidinem *non tantum* sufflaminasset, *sed etiam* mutuis officiis sollicitè exhibendis, mentem hominis velut incendio quodam *complexset*.

3. At enim verò *sensu* experimur, quantum Amor ille *refrigerit*, & quantis mortales *diffidentia* stimulis, odii, invidiæ, & quibus non vitiorum Furiis exagitantur, quin facile eveniat, ut *opem*, quibusvis animalibus congenita, ut paris generis societate delectentur, vehementer minuatur.

4. Equidem *societatis instinctus* deleri non potest, cùm rationis contemplatione *nutriatur*, quæ utilitatem & necessitatem ejus, nisi miserrimi velimus esse, *ponderosissimis argumentis* ostendit. Sed hoc *Amorem proximi* salutare non licet.

Nam *Amor amicitia*, mera est *edii absentia* cum æstimo, tamdiu duratura, donec amicitia nobis profit, *Concupiscentia* amor bonum alteri quærit, *non nobis* quem tenui venâ apud corruptissimos homines fluere, affatim comperimus. *Socialitas* cum

P

effe-

effectum considerata est studium servandæ societatis tranquillæ, quod inter summè invidos & amoris interni exortes datur. Sic summi Imperantes rarò se amant, Societatem tamen *externis beneficiis* conservant.

5. Unde ambiguum est asserere, num *Amor proximi*, qui alteram Legis Mosaicæ tabulam absolvit, pro fundamento servire possit efficacium conclusionum, quibus Libido hominum & licentia restringatur, & voluntas limitetur?

Siquidem non una nos urget *difficultas*. (1) Quoniam instinctus ille imbecillis in refractario facilem præbet occasionem, Eius *necessitatem* cavillandi & negandi: Cum enim longius dissideat illud argumentum ab ingenio *φιλαυτίας*, quâ omnes laborant mortales, non secreto sed manifestissimo malo, laterem fere lavamus, si *ἀποδείξις* filum ex illo loco ordiamur. (2) Potentissima *ὄρμη*, se custodiendi, quàm facile *obnubilat* tenues amoris reliquias. (3) Denique cum *Amorem proximi* opere commonstrandum, DEI veneratio, defensio, Societatis bonum in multis casibus suspendant, in quas non ambages induemur, si fontem justæ *ἀνελεύσις* pertinaci ingenio hic commonstrare velimus.

6. Hoc

6. Hoc quidem certissimum judico, quòd admisâ hâc thesi primaria, *Proximus est diligendus*, sicut Te ipsum amas, officia in proximum derivari posse.

7. Quòd si verò per Amorem illum intelligas socialitatis *effectum*, nam in hoc utrumque convenit, *Metonymiâ* uteris non satis usitatâ, nec tamen refragamur, cùm de verbis nunquam sit litigandum.

Sic manet *Socialitas*, & habitudo ad Societatem signum *διακρίτων* officiorum & principum cognoscendi. Nam ad Societatem nos nasci, si instinctus vacillet apud moroses & melancholicos *μισανθρώπων*, vel *Lingua ministerium* docet, & rationis *aptitudo*, cum manifesta & inevitabili necessitate, si alterum *præceptum* de custodia sui validum & inconcussum consistere debeat.

8. Sed ut ad Amorem proximi revertamur, cùm *prima Lex* ex concessis esse queat, QUÆRITUR, quomodo per justas positiones *ἰσοθέτων* & postulatorum adducere queamus refractarium, ut primæ hujus & practicæ propositionis [in

ordine scilicet docendi versus alios officii] veritatem admittat?

9. Cui fini *postulo* mihi concedi (α) DEUM esse Summum Bonum.

Hoc probat Theologia naturalis. Vid. p. 2. Sect 1.

10. (β) DEUM non esse Alteri S. B. nisi per *unionem Amoris*. (γ) Amor induit *συζηματισμὸν* animorum (δ) *συζηματισμὸς* ille exeritur præciquè, si *ames, quæ amat AMATUM*; DEUS. Atqui (ε) DEUS maximè amat, quod *perfectissimum* extrà se, sui que simillimum, HOMINEM, amoris propriè capacem; Ergò Homo est amandus & quidem *propter DEUM*. Ὅπερ ἔδει δεῖξαι.

De reliquo non diffitemur, quod Amoris calidissimi reperiantur vestigia, apud Parentes versus prolem suam, apud Coniuges, &c. Amant se Jonathan & David: Verùm hoc postremum rarius evenit, prius, ut *πρῶτον ἰὺς φύσεως*, sed maximè restrictum ad certos hominum status, per se IUS fundare nequit, ad omnes porrigendum, ut *πανταχῶς* patere arbitror.

Titu-

Titulus II.

De

Virtute transeunte ad alios.

I.

CUM actiones humanæ ad societatem vergant, inque eâ vel ipsum vinculum pacis, vel commoda inde secutura, vel DEUM respiciant, ante omnia de vinculo illo quæritur, quibus modis tam immediate quàm Mediate conservari & restaurari soleat, unde primo statim loco de virtute loquimur, quam in immanentem & transeuntem superiùs distinguere voluimus. TRANSIENS immediate proximum respicit, velut immanens proximè ipsum hominem.

2. Veluti autem nemo dixerit, ad Jus sociale ἀποσδιούσως virtutes referri, quòd privatos respiciant, non universos: Quid enim illud universum? Societas indeterminata intelligitur, vel duo sint, vel mil-

P 3

le,

le, quam sine dubio virtutes cujusvis generis sustentant: Transeuntis autem *virtutis* nomine, quicquid est *officiorum* versus alios, complecti possumus. [Quid enim est virtus? actio rationi conveniens] Ita *Justitiæ* titulo nobis illæ actiones veniunt, quæ jus & utile aliorum concernunt.

3. Amplissimus hic se dicendi campus aperit. Sed in arcto nos contineamus, & **JUSTITIAM** contemplamur, ut *Universalem & particularem*.

Justitia est, à quo *justum*. Sic omnes actus rationis *calculo* comprobati, & *Legis* *Justitiæ* habent. Verùm illi, qui *proximum* spectant & *Deberi* incipiunt, *Justitiæ* basin substernunt, quam, uti diximus, *Veteres* distingere in *Universalem & Particularem*. **AJO DEBERI**, non *vi crediti* aut *Justitiæ* commutativæ, sed quatenus debentur, quæ *Legis* *N.* arbitrio deesse alteri & honestè sive **LAUDABILITER** *præstari* judicantur.

4. **UNIVERSALIS** *Justitia* servatur in *officio exhibendo*, quo præstat *uni-*
ver-

versis & singulis, quod oportet, vi servandæ equalitatis, **VEL QUASI.**

Qui obijciuntur huic Justitiæ, jus imperfectum habere dicuntur; Ita virtutes, fortitudo & liberalitas, equalitatem servant, ut quod alteris per metum & inopiam deest, exercitio virtutis expleatur. Adeoque intelligis, eandem utrique Justitiæ metam dari, ut *Equalitas aurea*, HIC ex obligatione vel legis, (nam & virtutes legi subjacent;) **VEL** humanitatis universali, a libi verò ut in particulari Justitia deprehenditur, ex conditione rei substratæ, quatenus res rebus commensurantur, vel res personis & vicissim. Patet igitur latus J. U. & in sinu suo gerit particularem, quæ hoc speciale habet, quod in perfectò Jure fundetur, & quâ commutativam partem non virtutis solum exercitio, sed re-
turno permutationibus occupetur.

5. **UNIVERSALIS** justitia, cum sit *Justitia*, jus aliquod respicit, vel *efficax* cum *δυνάμει* vindicationis, vel tantum *ἀνάλογον*, nec valiturum nisi ad tribunal ingenui pudoris & conscientie.

Prioris exemplum habes in *Premisso* seu pollicitatione, quæ utut in foro *Civili*, nisi stipulatio accesserit, vigorem non habet; dicimus tamen *forum universi generis huma-*

ni, quatenus ex Codice Juris naturalis judicatur, vim concedere, ut promissa vindicentur, h. e. invito eripiantur, recuperentur. Licet enim aequalibus vindicare in S. N. quæ *ſuis* imperitavit causa insignis emolumenti. Econtra *Veracitas*, virtus illa obstringens, ut semper Verum dicam, extacita invicem obligatione, ſi mendacium contaminetur, *Pudorem* potius violare creditur & reverentiam Numinis, quàm *ſuis dare alteri*, mendacium, ni noxa enormis acceſſerit, vindicandi.

6. *Actus* Ejusmodi ad Justitiam Universalem pertinentes, vel commercium loquelæ, vel malum abigendum & ferendum, vel vitæ habitum, vel beneficium & meritum compensandum afficiunt. Ad PRIMUM refero *Veracitatem*, ad SECUNDUM fortitudinem, Liberalitatem, Mala enim ſunt periculum noxæ, & indigentia; Ad TERTIUM, quicquid vitam & converſationem hominum ſuavem & acceptam reddit, ut, *Paſſionum Moderamen*, *Modestia*, & ſi quæ aliæ; Ad QUARTUM *Gratitudo*, *Honorificentia*.

7. (a) *Veracitas* studium est, vera semper proferendi, ne proximus, cui Jus est sciendi, *ledatur*.

Obserua (1) *Veracitatem* in sermone versari, quando cum re & notitia mea coincidit; Fieri autem potest, ut *Sermo* à RE aberraret sine damno *Veracitatis*, si modo *verba notitia mea* congruant. (2) Additur *proximo*, cui Jus est ad audiendam veritatem. Quemadmodum enim vera proferre & loqui nonnunquam *damno* non exiguo occasionem præbet, ut silentium sæpe sit: Ita vicissim silentii repagula franguntur, & *Verum* proximo aperitur, quod ni facerem, Jus Eius læderetur. Vin' *originem* ejus Juris? Tacitum illud pactum est hominum inter se, quatenus noluerunt *optimum* Societatis *instrumentum*, sermonem cum ambiguis rationibus discerpi, tum *signi officio* deturbari, quod animi sensa recluderet. Des enim, *Licere homini*, ut hominem fallat verbis & decipiat; Quis porro *verborum usus*? (3) *Lesio* fit per violationem illius Juris, quod *Veritas* explet. *Hac* Mendacio opponitur & ambiguitati. *Mendacium* est falsiloquium, cum alterius *injuriâ* conjunctum. Ut ambiguitas (quo refer reservationem mentalem,) sermo in fallendi solertiam compositus, quo veri speciem salvamus,

si altera deceptus fuerit. Vid. inf. de Promissis, & Grotium, c. 1. lib. 3.

8. (β) *Fortitudo* est animi generosa dispositio & robur, quo mala dolorem inferentia ferimus & propulsamus. Hæc si in solitarium hominem cadat, solatio ipsi cedit & ornamento. Si illos, qui in societate degunt, afficiat, beneficium ingens suppeditat, quo suborta animorum inequalitas commodo publico tollitur & expletur.

Dantur meticulosi, quos & Prudentia destituit, & animi robur, ad propulsandum periculum. Illis Jus quoddam vel quasi nascitur, ut aliorum virtute fruantur. DEUS enim naturam hominis diverso animorum habitu distinxit, ut alter alterius virtute indigens in suavem coalesceret eò lubentius Societatem.

9. (γ) *Liberalitas* est animi dispositio, qua nostris opibus, aliorum fortunas excedentibus, indigentia lubenter succurrimus.

Obserua (1) in statu N. fieri posse, ut solus homo, ingenii industriâ, vel cum aliis sibi junctis, lautiores sibi comparet rerum affluentiam, quibus vitæ tædia levamus,

COR-

corpusque nutrimus. Cui solertia succenturiatur *Parsimonia*, quâ quæsitis bonis benè, nec ultra necessitatem utimur. (2) Econtra multos vel ingenii incuria, aut casus in *egestatem* conjicit, ut *necessaria* quoque desint. (3) Hæc *inaequalitas* refarcienda est in tantum, ne mea abundantia alterius *egestatem insultare* videatur, quod fit erogando de bonis nostris, idque *Liberalitas* dispensat, cui foeda *tenacitas, sordities, avaritia*, velut è diametro opponuntur; *Misericordia* vero, mollis iste in calamitosos affectus *incitamenta* subministrat.

10. Et quoniam *singulis jus est*, ne aliunde *Molestiam* accipiant, opera danda est homini, ut **SOCIALITER** vivat, nec fastidium alteri creet, sed quod (d) *quartum est, suavem & acceptum* se exhibeat.

Nondum de *actibus* loquor & beneficiis, sed tantum animi corporisque *diacodh.* Sed *observa* (1) omnibus *non dari*, ut acceptos se aliis exhibere possint, *nativa* quosdam *invidiositas, un je ne say quoy*, Gallis, exolos reddis & molestos; Verùm (2) laborandum est *maxime*, ut impedimenta illa jucundæ conversationis amoveantur; Nec enim nobis jus est, ut *Socio molestiam* creemus, vel ut ille *ferat*, potius *oppositum*

conceditur, *NE FERAT.* (3) *Morofitas* illa, displicentiæ mater, mille modis se manifestat, *quoad omnes fere actus*, qui exeruntur, inque sensus aliorum incurrunt, v. g. *Loquacitas* eique opposita *Siccitas* verborum, *pertinacitas* sentiendi, *nimum commoditatis* *sua studium* cum molestia alterius, *horridi mores*, *vultus terer & catonicus*, *sordities habitus & corporis*, &c.

II. Quapropter, quibus pote modis socio *complacendum* est, ingenio, affabilitate, comitate, passionum temperantia, mansuetudine, grato corporis habitu, omnibusque signis, qui de *sociali*, *ingenio*, amico animo testari possunt.

(a) *Ingenio* placemus, si cultum sit, & aliis cum dignitate non *serviliter*, obsequatur, v. gr. Si artes calleamus, & varias utilia suadendi & faciendi vias. *Econtra* stiptes, fungique hominum nauseam creant, *γασίπτε ἀγυαί* & fruges tantum consumere natæ. (b) *Affabilitate & Comitatem* virtutes omnes *Homileticas* comprehendimus, hoc est, gratiosam illam conversationis *venustatem*, quæ vultu, sermone, omnique habitu præfertur, v. gr. *ut* serenum vultum obviis & hilarem porrigamus, *ut* responsionibus & alloquio venusti, prompti, alacres adpareamus, ut decens corporis

poris dispositio, lætitiã aperiat, quam ex conversatione nos contestemur haurisse, quod *ἰοῦριλοι* apud Græcos dicti observare solebant. Ne ingrata blateremus, ne *οἰστανδο*, *ῥεῖνδο*, *ἰνεπτε* silendo, fastidium conversationis detegamus, &c. (c) *Maxime* omnium refert passionum *Moderatio*, ne iræ ebullientis fœditate & tumultu, ne odii latentis pallente morositate, ne ingluvie, nimiaque rerum aviditate graves alteri existamus; è contra *Lenitate*, *Hilaritate*, moderato rerum omnium usu sedulò *complaceamus*. (d) *Signa omnia* conspirent *Fini Societatis*, quæ est tranquilla, amabilis, optata consuetudo & *φιλαδελφία*. Unde virtutis conscientia non sufficit, sed oportet, ut promovendo bono, ejus characteres ubique dispalescant; Quorsum referes *ipsum corporis habitum*, ne ejus sorditie, fœtore, tetro aspectu, aliorum *sensu* *ludere ludum* ducamus.

12. (e) GRATITUDO beneficii respicit *compensationem* vel opere, vel animi *benefolentiã* ostendendam, & virtus est *Pudore* & affectu naturali dirigenda, *non debito* per justitiam *extorquendo*.

Observa (1) *Exosum* esse genus hominum ingratos, qui *naturali instinctu* obluentur; quid enim *iniquius*, quàm malam gratiam referre iis qui *ultrò benefecerunt*. *Malam dico*

dico *gratiam*, quæ nocendo exeritur, vel *positivâ* malitiâ, vel *subtrahendo* necessarium & parile officium. (2) *Gratitudinis* objectum est beneficium *datum*. Sed *beneficium* nullam obligationem introducit, aliâs naturam *crediti* indueret, utut forte *avidus* à benefactoris intendatur animo. (3) Quoniam verò per beneficium aliquid benefactori decessit, *naturalis ratio* exigit, ne ulli beneficium cedat in maleficium, sed ut *Lacuna illa* nostro vicissim munere oppleatur. Verum *pudor* hic unice animique *generositas* modum, locum, tempus præscribit reddendi beneficii; *Pudendum* enim fuerit, beneficii *eximii taliter oblivisci*, ut nihil interesse nobis videatur, beneficio afficiamur vel secus; Quod si ab omnibus fieret, magna jactura genus humanum affligeret, cujus comodo cedit, ut gratitudinis venustate beneficia *provocentur & nutriantur*.

13. (4) HONORIFICENTIAM virtutem adpello, quâ opinionem de alterius virtute & bonitate lubenter expromimus, eaque ostenditur tam nudâ *conestatione* quam utili opere.

De honore hic non loquor, qui est agnitio alterius potentiz, cum quâ plerumque *superioritas* connectitur; Sed de illo qui virtutem

tutem in quovis alio agnoscit, laudat, extollit.

14. *Nuda contestatione defungimur, si quanti virtutem habeamus, verbis, gestu, amorisque aliis signis profiteamur. Opere cum benefacere possumus,*

*Beneficium sit hodie Promotionibus, ut Meriti intuitu unus alteri præferatur. Et hoc ipsa æquitas exposcit, quos enim natura meliores reddidit, quidni meliores censeri, & lautiori fortunâ frui justum sit, præ iis, quos, ut *excrementa & fungos* inter inutilia terræ pondera rejecit. Quare juris quædam imago nascitur apud eos, qui meliores sunt, ne pejoribus dignitate & utilitate fruendâ succumbant. *Suadet hoc salus publica, quæ putidè negligitur & proculcatur ab iis, qui promovere virtutem possunt, nec faciunt, & quod pejus est, Minervæ sues anteponunt. Hinc assero reos fieri neglecti Juris naturalis dirhibitores munerum, si ineptos seu minus bonos in copia meliores rebus gerendis admoveant, utut civiliter ad præmia provocari non possit ab injustè præteritis.**

DIGRESSIO.

Hæ omnes virtutes uno habitu probari possent *hoc modo*; Proximus est aman-

mandus. *E. sinceri amoris τρυφήα in ipsum conferenda sunt.* Verum cum Effectus Amoris & signa, *socialitatis appetitus* includatur, uti tit. i. sup. diximus, falvis aliorum judiciis existimo, vim ἀποδείξιως hâc in parte manifestiorem esse illis, qui raro vel exiguo Amoris sensu ducuntur. Quis verus sit amor Proximi & anima quasi illius. FINIS PROPTER QUEM *Jesus Christus* ex divinis paginis discitur. *Naturale jus* pervicaciam hominis carnalis obtundit, ut *gregalis* fiat & *innoxius*, imò & *beneficus*, sublimiores in corde motus, *gratia DEI* excitat & *inscribit.*

Titulus III.

De

Justitia Particulari.

I.

Justitia vel in *affectu* spectatur, vel in *Effectu.* In **AFFECTU** amorem signi-

significat, *Justi & Justitiæ; In effectu, ad ministracionem ejus, quod Jus est.*

De *justitiâ imputata* exterius *Theologi* differunt. Nam quid *Justitia imputata* sit, ignorat *jus naturæ*, intellige illam, quâ *justi* sumus, sine *nostrâ operâ & causâ*. *Justitiæ* verò *amorem* ostendunt *virtuosi omnes, & in Civitate judices.*

2. *Administratio justitiæ* fit tam *faciendo* alteri *justitiam* quam *adjudicando*; **ILLUD** vel in *genere* contingit, *actiones justas & virtuosas celebrando*, quod jam dictum, **VEL** in *specie*, ubi *jus datur exerendum cum duarum manifestæ vindicationis.*

Hæc enim Justitia Particularis vocatur, quæ *Jus* rigidius respicit, non illud, quod *virtutis causâ & ex pudore* celebratur. Propterea *excluduntur omnes illæ actiones*, licet *justæ* adpellentur, quæ *vim exactio- nis intuitu manifestæ obligationis* excludunt; At v. gr. talem *vim* non habent, quæ *dignitate* tantum *nostra* niuntur, sine ullo *interveniente factô aut pacto*, v. gr. *Jus* ad *promotionem* ex *virtute*; *istâ* vocat *Grotius*. *Observe* tamen, quod si *im- merens merito* præferatur, *speciem injuriæ* ex *contemptu* habere apud *Eum*, qui *hono- res*

nores dispensat, præsertim si honorem magnæ sequantur utilitates, ut dubium non sit, si casus ejusmodi in S. N. daretur, quin non vindicari quidem honor, sed INJURIA posset, quæ licentia in civitatibus omnino expirat.

3. Justitiam in specie dividunt Autores in DISTRIBUTIVAM & COMMUTATIVAM.

Grotius *Explettricem* & *Attributricem* vocavit, An bene & melius Stagiritâ, vide apud Commentatores.

4. DISTRIBUTIVA est, quæ exactum jus in objecto supponit, sed *vagum*, RESPECTU MATERIÆ, quæ per propositionem *geometricam commensuranda* est.

Colligis inde (1) quæ ex gratitudine & aliis debentur, hæc non pertinere. Nam exactum & exigendum non adest. (2) Distributivam Justitiam vi neminis & naturæ inter plures diviſivam & distribui, ut contradictio sit in adjecto, Justitiam Distributivam celebrari versus unum, sine coexistentia aliorum. (3) Casus obvius Justitiæ Distributivæ est, Distributio lucri pro Ratiâ. Sine dubio singulis jus est, habendi aliquid de lucro, quod suâ pecuniâ generatum fuit, sed *vaga materia*, 1^o Quantum, men-

mensurari debet ex *proportione personarum*, qui non spectantur ratione dignitatis, sed collatae pecuniae, ut tres portiones accipiat, qui *thaleram* dedit, unam, qui *Francum*, seu semiflorenum.

5. Ad *justitiam distributivam* præter personam administrantem acquirō. 1. *plura* subjecta, saltē duo. 2. Jus in *singulis exactum*, sed ratione materiae *vagam*, & 3. materiae limitationem ex *proportione personarum*, quæ spectantur vel in *officio*, vel secundū *fundamentum proximum juris exacti*, quod est v. gr. *Collatio pecuniae*.

Nota materiam posse esse, *præmia* vel *lucrum*. **PRÆMIA**, si ex instituto aliquid opere susceptum sit, præmium prætendo, sed qualitas ex *virtute operis* dijudicatur. Sic præda militaris in excursionibus distribuitur, ut *major* officialis, quàm *gregarii* militis in quanto habeatur ratio. Interim singulis jus datur *exactum* & vindictio præter querelas, *tum* si nihil planè accipiant, *aut* si minus justo, non satis *observata proportione*. Ut si Colonellus & Locumtenens decem gradibus quanti, *his* vero à gregario uno tantum aut duobus distet.

6. **Justitia COMMUTATIVA** est, quæ *exactum* jus in subjecto supponit circa materiam *non vagam* sed **SIGNATAM**, idque *cum* naturâ *tum* voluntate: *Natura*, dum compensantur res & actiones quoad mensuram naturalem, *Voluntate*, cum ex arbitrio.

Observa (1) apud Philosophos officium hujus Justitiæ *ἀποδιδῶναι*, quod non tantum restituere, sed & *Dare æquivalens* significat.

(2) *Naturâ* utique compensantur, si, quod mihi decesserit, restituatur; Lacuna enim facta est, ut alter plus me habeat citra jus, quæ inæqualitas per restitutionem compensanda est. Ita tritum est:

Non permitti; ut cum alterius damno quis lucrum faciat, quæ Justitia *multas actiones & judicia* moderatur: Cum verò

(3) *Compensatio* non fiat eadem re, quæ auferitur vel datur, hinc *æquivalens naturale* voco, cum redditur eadem species & mensura; *Voluntarium* dum aliud, sed instituto humanitus *æstimo & pretio*, quod agnoscitur *vel ex Contractu*, ut in commutationibus mercium, *vel ex communi gentium judicio*, tantum auri cum tanto argenti pondere compensetur.

7. Ju-

7. *Justitia Commutativa* etiam datur, ubi ex *maleficio* contrahitur inæqualitas.

Nam restituitur idem vel tantundem, non quod animum *commutandi* habuerim, qui in permurandis juribus aliàs observatur, sed quod alter invito *per injuriam* inflixerit *inaequalitatem*. Nec dices, impropriè dari obligationem, ubi repetitur, quod meum est, nec adesse commutationem, sed *restitutionem* sive *analogiam*. *Resp.* Ut in Civitate Dominus non sit, qui *possidet*, videri tamen potest in jure naturæ, ut qui vi rem *possideat*, **DOMINUS EXISTAT**. Nam non datur extorquendi via, nisi à lasso, qui concedere Dominium violento possessori credi potest, donec *ipse vel alius* iterum eripiat. **SIT ITA:** Quid n̄ veri nominis obligatio incumbere dicatur homini, ad *restitutionem*; Et quicquid sit in commensurando æquivalenti occupabitur *Justitia nostra*: Casu enim violentum possessorem, reddendo, non referre tantundem, *querelas nostra* utique *Justitia* dirimet.

8. **ÆQUIVALENTIÆ** species, numero, mensurâ haud ægrè dijudicantur, *difficiliùs*, quæ ex *dispari re* commutanda oritur.

V. gr. Quot oves pro *tauro* sint dandî, &

Q 3

quan-

quantum auri pro ove : *Metalla PUBLICE* pretium accipiunt, vel ex *mensura*. Reliquæ res omnes, quæ antiquissimo ritu inter se permurantur, ex necessitate & utilitate cum *publicâ* tum *privatâ* pretium accipiunt; De pretio infra & officiis circa illud exaltandum vel minuendum.

9. Objectum justitiæ commutativæ sunt non tantum **RES** sed & **ACTIO- NES**.

Quemadmodum enim **Contractus** naturalis, **DO** ut **DES**, commutant invicem res *disparis species*, ita reliqui etiam tres in censum veniunt. **DO** ut **FACIAS**, **FACIO** ut **DES**. **EACIO** ut **FACIAS**.

10. **ACTIONES** è circumstantiis personæ, loci, temporis, necessitatis *dignitatem* accipiunt & *pretium*.

11. **Justitia C.** versari potest inter *duos terminos* Agentis & patientis, nec requirit plurium personarum *coexistentiam*.

RATIO; quoniam non respicit *proportionem* personarum, sed *materia*. Versari tamen potest circa *plures PER ACCIDENS*, ut si pluribus idem jus sit, vel diversum ex *proportionem materiae ipsius* compensetur; v. gr. Si uni *ovem*, alteri *taurum* vendiderim, *res* inter se & *pretium*, licet in pretii **QUAN-**

QUANTO oriatur Diversitas, uti etiam differunt *ovis & taurus*. QUÆRIS, an si plures parem summam contulerint, præmium verò non *exaquet*. Summa, aut si plures æquale *damnum* passi sunt, compensatio verò æquivalens non datur, sed qualiscunque *Justitia Commutativa*, an *Distributiva* exerçeat. R. COMMUTATIVA. Nam proportio quæritur *rei & rei*, non rei & personarum *invicem*. AIS ergò & res & persona sibi invicem computari possunt. R. Hæc fieri potest, si *rei pretio* ex persona pondus accedat. Sic plus dandum est *Senatori*, si officium præstet, quàm *rustico*.

12. *UTRI Justitia* ascribenda sit *Justitia pœnalis*, otiosè quæritur; nam *peculiarem speciem* constituit, quæ certis casibus modo huic, modo illi justitiæ propiùs accedere videtur.

Propriam speciem constituit, quia pœnalis *Justitia* mensuratur non *ex re & personis*, nec *re & re*, sed *ORDINE & Proportione BONI PUBLICI*, quantum hujus *injustitiam*, punire vel non punire.



Titulus IV.

De

*Vulgatis Justitiæ regulis genera-
libus.*

I.

QUæ vocantur: *NEMINEM LÆ-
DITO. SUUM CUILIBET
TRIBUITO.* Primas conclusiones di-
xeris, ex universalissimâ Lege; *COLLI-
TO SOCIETATEM.*

Nam hæc feliciter atque prudentius non co-
litur, quam si *nemini damnum* inferatur,
suumque quisque à nobis *accipiat.*

2. *Altera* negativè, *altera* positivè
circà societatem nutriendam versatur.
PRIOR innoxium, **POSTERIOR**
etiam utile reddit commercium huma-
num.

3. **Neminem Lædito.** Subintellige
innocentem.

Lædere enim *nocentem LICET.* Siquidem læ-
sio recte adpellatur, quod est *vindicta no-
stri juris.* **ESTO,** te cadere hostem, qui
nocuit.

nocuit. Noxa à nocente illo capit, nec jus meum salyabitur illo vivente, inque proposito durante.

4. Nec tantum dicis gratiâ, sed etiam, eum *tua* interfit.

Ne quis per *potulantiam*, h. e. sine utilitate, ex mera malitia laedendus sit, tota natura clamat rationalis. Est enim actio *αλογον* nocere sine causa. Turbatur Societas immediate; Excitantur hostes, quos solâ quiete, absque ullo impendio *amicos* habere poteras.

5. Videri posset, licere alium lædere **SUA CAUSA**, si ad hominis *custodiam* & *placitum* omnia referantur. Hoc est: Si unice regnat hoc *αζίωμα* *Serva te ipsum*, nocere licet, quantum *Tua* interfit. Sed merito exploditur *funestum illud principium*.

*Rationes sunt. Quia (I) Societas turbatur, cui nascimur, non nobis. AIS. Societatis cultum non suâ, sed singulorum causâ celebrari, adeoque si quis *invidiam* sui & utilitatem propriam alterius læsione promoveat, societatem quidem turbari, finem tamen obtineri. REGERO, verum quidem esse, ut societas nostrâ causa vigeat, sed & nos Societatis, Præterea si detur, læsione*

sione alterius injusta utilitatem meam promovendi, hoc fit per accidens. Incerta sunt, quae violenter possidemus, alii exemplo irritati iterum eripiunt. Sic humana Societas meris latrociniis patebit. (2) Praeter illud κρισίον agnoscendi Juris naturalis & socialitate ipsa actio foeda est & iniqua, si aliorum bonis exde v. gr. ereptis, **TIBI SERVIAS**; Foeda quidem, cum pudor λογικός resistat, qui nollet aliis fieri, quod ipsi refugimus. Iniqua, cum introducat inaequalitatem.

6. **NON-LÆDIMUS**, directè, indirectè, immediatè, & per consequentiam, Consilio, opere, & quot non viis, ex quibus etiam opposita *lesio injusta* agnoscitur.

7. Quod tamen non sufficit ad *promovendam* societatem. Cùm enim alter alterius ope, auxilio, beneficio, indigeat, parùm egentibus consulitur *non-ladendo*, ut necessum sit alterum superaddere ἀξίωμα. **SUUMCULIBETTRIBUENDUM.**

NOTA. Non tribuere est ladere, & qui Non ladit, tribuit. Hæc invicem in se coherent.

8. *SUUM* vero est ex obligatione legis, vel *suasione* rationis. Illa rigide *SUA* vocantur, *hec* laxius, & citra vindicationis *licentiam*.

Uti diximus supra tit. 1. & 2.

9. Obligatione legis alia *dantur*, alia *redduntur*. *HÆC*, si *damnum* feceris; *ILLA*, quæ fieri oportet jubente Lege ex *scopo* mensuranda, cum *gratis*, tum *jure civitatis*, ut, *promissio*, *contractus*.

Damnum est resarciendum; Non enim patitur *inæqualitatem* Lex naturæ. Habet enim *Plus* alter *jure*, quàm *OPORTET*. Hæc refer *solutionem indebitæ pecuniæ, usufructus rei restituendæ*. Damno inferendo, qui qualiterve concurrere soleant, exposuit cum *Moralistis Grotius* l. 2. 16. Fit autem *causando moraliter & physice*, ut ex *Ethicis* constat. *ADDO*, quod cui *damnum propriè dictum* inferitur, *jus* habeat *boni amissi, vel absentis, jus in re, & ad rem*, quale non est *actio vel aptitudo*.

10. Tribuendum est suum *CULLIBET*, qui homo fit, nemine excepto.

Sic infanti, seruo.

11. Ea, quæ *Legis obligationi* subster-

nun-

nuntur, variâ necessitate & adpellatione cognoscuntur. Sed quæ rationis *suadela* inculcat, Humanitatis, tanquam virtutis *specie* blandiuntur, unde & *officia Humanitatis* dicta, nomen accipiunt.

Sapius monitum, Consilia Legis naturam induere, si **DEBERI** *strictè* incipiant; h. e. si societatis tam *indeterminata*, quam *determinata*, Domus, Civitatis, fœdere junctorum, natura & finis id exigat, sine quo *collapsura* foret, nisi *confestim*, temporis tamen tractu, & *exemplo* (nam si Titius **SEMEL** fidem frangat, mundus non perit, sed si omnes idem facerent impunè & licitè, deferali effectu *non foret dubitandum*) Quandiu itaq; *Legis obligationi* actiones nostræ, alius emolumento cessuræ eximuntur, *officia* vocantur **HUMANITATIS** & *suadente* ratione, *urgente* pudore, quia omne *ἀλογον* horret, commendantur, non *omittenda* sine *Morositatis*, barbarici, rusticitatis, projectæ animæ contemptu.



Titulus V.

De

Officiis Humanitatis & de Civitate.

1.

Duo considerari debent, *Officium & Humanitas*, ut intelligatur *SUBJECTUM Juris*, de quo lis est. *Officium est actio alijs bono patrata cum obligatione.*

Obligatio vel realis, aut quasi. E lege & ratione.

2. *HUMANITAS* humanæ indigentiae *memoriam* notat, & *equitatem*, quæ quod ipse velles, alijs quoque adjudicat: Ut officium Humanitatis sit *Actio equitatis & virtutis*, qua alterius necessitati & commodo succurritur citrà *perfectam obligationem.*

3. Scilicet ad Officium humanitatis requiritur (1) *Actio alteri profutura*; (2) *Objectum actionis perfecta obligatione libe-*

berum. (3) *Fundamentum*, ratio *sua-*
dens, pudor, *equitas* & parisi beneficii *ex-*
pectatio. (4) *Adjunctum*, ne grave sit
 & molestum, sed de re, quæ nullo nostro
 labore vel exili constat *sine factura*, sal-
 tim *non considerabili*. (5) *Causa inci-*
tans humanitatis memoria, & societatis
 eò meliùs conservandæ *studium*; (6)
Consequens, si fiat, animorum sensus &
amicitiæ strictius vinculum, saltem invi-
 diæ odiique *mitigatio*. *Sin' secùs*, nul-
 lum quidem jus vindicationis sequitur,
 sed Morositatis contemptus, & iræ majo-
 ris odiique *suscitabulum*.

Adeoque beneficia ultronea vel petita, pro-
 fluentis usus, boni affluentis communio,
 hospitium breve, luminis accensio & quæ
 non, officii, humanitatis indolem ha-
 bent, quæ si proximo negaveris, Caro ab-
 surdus, invidus canis, *πισωδευκ* merito
 haberis.

4. At si tanta beneficii nostri *sit ne-*
cessitas, ut sine illo alteri *pereundum* foret,
STRICTE deberi incipit, nec omitti pot-
 est,

est, sine maxima injuria, v.g. Copia transitus indemnis persequente hoste.

Arce hospitem incivile est, & morosum, siquidem misero in herba pernoctandum sit sub Dio, sine pane & falo. At si pereundum frigore, impium non misereri & dare, quod jam arctissime teneris? *Vin* causam obligationis? Lex ait: *Nepin*em laedito; At laeditur, si moriatur innocens, quem redimere tantillo potuisses.

5. Illa officia considerantur tum in singulis naturalibus, tum moralibus, ad hos ab illis ratio transfertur præstandæ humanitatis, ita tamen, ut res suas sibi habere queant Civitates, si *mutua non urgeat necessitas*.

V.g. *Aquatio* classis prætervectæ, si pacem præferat, malè prohibetur. Et, si *summa* urgeat necessitas, bello quæri potest, tanquam ex jure jam debitum, non tantum humanitate; sed libertas commorandi innocua, vel *commerci* rectè prohibetur, cum apud singulos hoc non datur, sed *exonsetur*. Cuilibet enim integrum, cui & ubi vanum aliquid exponere velit. Loquor de casibus, quæ *Rationem* status in prohibitione non habent, sed solam *libidinem*. Sic in *Civitatibus* non laeditur *Humanitas*, nisi

nisi permittas, quæ non nocent, alteri profint, lædicitur autem in Statu Naturæ. Pariter ibi affatus civium prohiberi potest, hinc secus. Ratio, quia singulorum penuria difficilius levatur, quam civitatum.

6. AD MATERIAM *innocia* utilitatis referri potest, *Mansio* in litore, locisque desertis, vel *brevis* vel *perpetua*. Hos enim juvat, *mibi* non nocet, quæ res in varios casus & exempla porrigitur.

At si utilitas *indemnitas* rationem amittit, in principio arceri potest, secus si *voluntate* tacita & expressa perpetuum rei usum semel concessum admiserimus. Sic non admittitur hospes, cum annona flagellat, sed *surpiter ejicitur* semel admissus, nisi expressis verbis cautum sit. *Innocia utilitas* esse potest, piscatio in mari, tamdiu ac copia *non minuitur*, nec exhauritur; Quod si contingat, Domino illius maris licet *usum* sibi vindicare, nisi perpetim concessum, quod ex nuda *permissione* & *connivencia* non satis tuto colligitur.

7. Beneficium humanitatis ad *materia* usque *miscenda* & commercii *libertatem* extendi potest.

Sed revocari possunt, nec admitti, si *velint civitates*. Nam commercia non semper *necesse*

positatis causâ fiunt, sed voluptatis; Et UBIQUE matrimonia possunt fieri *intra civitatem*. Si excipias casus *migrantium populorum*.

8. Quò major autem *utilitas alterius*, eò *acceptius beneficium*, & *honoratius*; si etiam nostrâ cum molestiâ & labore *quacunque* redimatur.

Itaque si alicubi flagellat annona, *rectè* fit & *humaniter*, si pro pretio nec aucto fruges veneant. *Consultur* morientibus sociis.

9. Cavendum verò est, ne si beneficium nostrum omnibus patuerit gentibus, unam alteramve *temerè* excludamus.

Dico temerè & sine causa. Utut enim *beneficis negatio* nulla sit *injuria*, si ex *relaxatione legis*, & *positiva permissione* beneficium oriatur. Secus tamen se res habet, si ex *permissione negativa*, quatenus patimur frui bonis quibusdam *innexiis*, quæ velint, *nec causa fuerit prohibendi*, uti monet *Grotius lib. 2. c. 2.*

10. Non læditur *officium* humanitatis impositione moderatorum *vestigalium*, quæ *beneficiis* aliis compensantur, nec rerum negatione, quæ ad *voluptatem* po-

R

tius,

tius, quàm vitæ *levamen* & commodum faciunt, ut, *sal, lana, pelles* CONTRA Vinum, Ebur.

11. Ad officia humanitatis refero *Civilitatem*, quam morum *ELEGANTIAM* *alliciendi amoris* causâ adpellaverim. Nec res est & actio, sed actionis *MODUS* cum venustate amabili conjunctus.

Referri ad officia Humanitatis *Civilitatem* posse hinc colliges, quod non sufficiat *dare* beneficium, sed addi debet *benefaciendi animus* ejusque *signum*. Sic beneficium à *providentiâ* profectum terroque vultu conspurcatum, *gratiam* omnem amittit,

12. Sed *Civilitas* modò *venustatem* actionum, modò *amabilitatem* lucidiùs prodit, modò utrumque pari eminentiâ, *ILLAM* vocant Galli *la bienveillance* *HANC* la bonne grâce. *Latinè* diceres illud *decus*, hoc *veneres* & *GRATIAS* in actione.

13. Exeritur *Civilitas* *exteriùs*, sermone, nutu, gestu, opere. *SERMONE*, dum humanissimis verbis *benefaciendi* affe-

affectū proponimus & officium comitamur *linguæ adparatu*, sed non *adfectato*, & apud gentes usitato. *Nutu*, rogationibus sine difficultate assurgimus, nec beneficium pertinaciâ annuendi contaminamus. *Gestu* serenam, hilarem, amicam frontem porrigimus, procū absurdo fastu; *Opere* actus ita dirigimus, quam materiam, formam, modum, tempus, ut gratum fore & acceptum ambigere nequeamus.

Hæc sunt *poma aurea in vasculis argenteis*! Et sæpe cum duo faciunt *idem*, non est *idem*.

14. Civilitas addiscitur *ἡσίου* & *πραΐου*. Illa docet & distinguit veros Placendi modos, *πραΐου* exercet; Utrinque absit *Adulatio* & *adfectatio*.

Adfectatio prodit inepte & studio invito actiones te exequi, cum *Naturaliter* aliquid fieri, & libero motu gratius oculis & animis. *Adulatio* nimis se dejicit & infra dignitatem.

15. Civilitati opponitur *rusticitas*, superbiæ nonnunquam filia, sæpè etiam *negligentia*, aliusque defectûs.

Rusticitas vocatur, quod rustici nullâ morum culturâ vivere in agris soleant; *Superbia* verbis parcit, & quos impares sibi iudicat, *contemptum* habet, ex quo sequitur incivilis gestus & sermonis debiti *omissio*. *Quidam* negligunt vel litteris vel officio, vel familiaribus rebus immerfi, ut licet optimi sint animi, *Catonis* tamen invisi & molesti, exterius videantur. Nec tamen putaveris, *Civilitatem* in peregrinis membrorum *inflexionibus* consistere, sed modesto & inter prudentes *usitato* sermonis corporisque habitu, qui hilaritatem, suavitatem animi, prudentiam cum venustate, pectus ingenuum & ad beneficia promptum præ se ferat.

16. *Qui Civilitatem negligunt*, sive odio habent, in Jus N. peccant, quod, veluti societatis tranquillæ suavitatem urget, sic inter alia imperat, ne proximo *molesti* simus.

Barbarus vocari meretur, qui *tanti* non habet vitæ socios, ut, cum *Civilitas* nullo recoëmatur, tantum à voluntate nostra pendeat, illis placere & condere actiones suas amabili venustate, per *stolidam morositatem* nolint.

Titulus VI.

De

Pœnis Malignorum.

I.

HActenùs ea media conservandæ pacis perspeximus, quæ à *méioris* eant contingunt, sed *mitiori modo*. Jàm & de *violentis* agamus. PRIMO omnium patere existimo, quòd is, qui *suo vitio* societatem turbat, pro *hoste* habeatur, si malitiæ *pertinacia* accesserit. *Hostem* verò quibusvis modis amoliri licet.

2. Cùm tamen consideratissimè omnium in *vitâ homini eripienda* procedendum sit, in cautelis de futuro utilitas ponderabitur cum necessitate, priusquàm ad funestum remedium profiliatur.

Vidimus Part. II. Sect. II. quid liceat homini in *periculo imminentè* constituto, & quod *funestum illud punctum* etiam in Civitate eadem *invasoris* excuset. Sed cum *funeris* prospiciendum sit, quod *malignis & habitus malitiæ, & nocendi propositum* plerumque obhæreat, noluerunt sapientes,

ut, nisi signa manifesta nexæ repetendæ adfuerint, *cæco impetu* in eadem repulsi inuasoris provehamur, & *suadet* omninò recta Ratio, qui membro societatis *ejusque* pareatur, donec correctionis *desperatio* ad extrema nos adigat.

3. **NECESSITAS** prudentiâ & *communi calculo* æstimatur.

Prudentiâ, inquam, si *defacata ratio* nocendi vias & causas ex animo & indole inuasoris probè pernoscat; *Alias* trepida passio statim vivis exemptos velle, quos semel *necessisse* senserit. *Communis calculus* experientiâ nititur & exemplis paribus, dum mitiores hosti pepercerant profligato, qui majori irâ & arte postmodum efferbuit, cladis *secatura nefarius auctor*. *Minime* verò necessarium est, hostem ex *postfacto* occidere, si longius à nobis remotus nostri memoriam cum nocendi proposito *abjecisse* *presumi* possit, vel si inanem sine viribus *stram vomere* compertum sit.

4. **UTILITATIS** potior habenda ratio, quæ triplex, *Nostra*, *Societatis*, & *Delinquentis*. **UTILITATEM** innuo, quæ ex inflictione alicujus mali pro *malo actionis* oriri potest & solet, cujus extremum *Mors*.

Uc

Ut materiz hujus interiora magis pelli-
 ant, observari debet, quid atrocitatis in de-
 licto hominis hæreat, & quidem juxta
 singulas partes. (a) Notandum, quod
 delictum sit contra obligationem; (quod con-
 silio bono obnititur, stultitia est); quæ oritur
 ex Lege. LEX autem respicit & necessa-
 ria & utilia Societati. Consequenter, qui
 transiit legem, nocere intendit opere suo
 societati, acrius verò, illegalitas actus, Cul-
 pa vocatur, quæ formalem habet effe-
 ctum imputationis. (b) Reatus suboritur,
 quo læditur auctoritas Legislatoris, &
 transgressor malo cuidam ferendo se obno-
 xium reddit. Hæc gravia sunt, si alius
 repetantur. Læditur utique auctoritas Le-
 gem ferentis, partim quod a iustitia indo-
 lem habet peccatum invito Domino, vio-
 lat itaque peccatum JUS DOMINI; par-
 tim, quod contemptus sit peccare, ut parum
 vel nihili æstimet transgressor, utrum ma-
 lè habeat Superiorem, quod voluntas ejus
 elidatur. Quæ autem ratio, ut malo cui-
 dam ferendo fiat obnoxius delinquens.
 Quid si noxam factam compenset ære vel
 aliâ quavis re? RESPONDEO, quædam
 esse, quæ precium non habent, ut Liber-
 tas, quæ infiniti potest æstimari. Præterea
 in statu naturali tanti æstimat læsus no-
 xam, quanti caput. Denique est compen-
 sari malum, v. gr. Furtum quadruplo.
 Ubi manet injuria facta læso, Legislatori,

societati, quæ est res inestimabilis? Unde non sufficit, reddere quæ abstuleris, INJURIA etiam pensari debet tot capitibus facta. *Ass.* Quæ injuria in Societatem? *R.* Quod suo opere tantum intenderit, quod esset generis humani summum malum, uti dictum, & contemptus speciem habet, talia patrare in ipsius sinu, ne quid dicam de malo exemplo, quod alii sponte sequerentur. *Eapropter* propter injuriam actus infligitur malum passionis, *Morte* pensandum, nisi humanitas mitiora pro æquitate selegisset, in delictis scil. quæ societatis finem immediatè non violant, cum interfit societatis, *servari membra*, quantum pote, siquidem ex *utilitate*, non *reatu* rem metiamur.

Cedo verò utilitatem? **UTILE** est, quod tollit inutile. Hinc (*γ*) *observandum*, quod transgressor Legis Nat. non uno, sed *multiplici* damno se involvat. Nam quæ *major* jactura, nisi ipsius hominis, qui vitiatorum veneno animum fœdat, corrumpit, & à S. B. suo avellit. *Ingens* jactura amicitie *Domini*, cujus & autoritas turpiter violatur, pessimo facti exemplo, & ruinam aliorum trahente, nisi vindicetur. *Maximum* sensu damnum, *Societatis odium*, *aversio*, *hostilitas*. *Laeso* enim membro *condolet corpus*; rumpitur vinculum amoris, patente jam fenestra omnibus malis.

Ex

Ex quibus breviter allatis confectarium est

(α) *delinquentem* in Leges ; *Societatis scopum* convellere, *cujus gratiâ* feruntur, quod ad Civiles Leges extendi potest.

(β) *Injuriam* tot capitibus fieri, & locis cum summo ipsius delinquentis detrimento ; & (γ) quod *transgressor* Legis cum INJURIA æstimari nequeat, & *pro lubitu à lælo* quoque æstimari possit, *reus existat infiniti mali*, MORTIS, quæ tamen passio *humanitatis memoriâ* in ordine ad finem mitigatur.

5. Si malum infertur transgressori, *nostra* procuratur utilitas, cùm nocere *discit delinquens* partâ nobis *securitate*.

Nota (1) restitutionem & recuperationem boni amissi inter *utilia* non reputari, quod *nostra* sint & fuerint. (2) Eousque *aspirari* potest & debet malum, usquedum *penitentia* facti & consilium abstinence delinquentem subierit. Videhæc, ut illo malo *causor* reddatur, & impunè *innocentem* me inCESSI non posse, intelligat. Inde (3) *nostra* sequitur *securitas* & *indemnitas*, ut tunc vivere saltem *ab isto aggressore* in posterum liceat.

6. EXINDE pernoscimus, quod malum reciprocum non inferatur *libidinis* causâ.

R 5

Que

Quæ enim *utilitas*, si turpissimæ passioni, quam *vindicta cupidinem* vocant, serviatur? Et num boni quid tibi accessit, si alter tuâ causa malum habeat? Ergo nemini nocendum, nisi boni alterius gratiâ consequendi.

7. UTILITAS societatis promoveatur, si purgamenta *removeantur*, vel *corrigantur*. Utilitas delinquentis, si sapere didicerit.

8. Cæteroquin evidens subnascitur disparitas, si status naturalis ab ascititio segregetur. In *statu naturali*, si cautum sit securitati, minus curatur societatis commodum, quàm nostrum, ut ut monendo reliquos de periculo, assistendo, officium socialitatis exequi oporteat.

DICO, minus *curatur*, quoad *effectum cædis*.

Secus se res habet in civitate, ubi non interest semper læsi, reum occidi, sed societatis ob exemplum. Nec, opinor, in statu naturali incumbit obligatio, *παρόνομος* statuendi, nisi fiat, ut modò monitum, *securitatis meæ gratiâ*, ut noxæ omittendæ terriculamentum inde nanciscantur. Veluti lupos à ramo suspendunt rustici, ut reliqui abigantur.

9. In

9. In statu aſcetitio Domus & Civita-
tis regendæ neceſſitas ꝯꝯꝯ novam indu-
cit augendæ & ſtabiliendæ autoritatis eo-
rum, qui PRÆSUNT ſocietati, & ut
ſocietas arctiùs metu accedente continea-
tur.

Eapropter patri in filios & Domino in ſer-
vos conſeſſum jus puniendi, veluti etiam
Regi in ſubditos. SCIENDUM OBI-
TER, quod jus patrium ad necem uſque
exerceri non poſſit, ſi ſint impuberes, nec uſu
rationis potiuntur. Si puberes natura-
liter jam æquales ſunt patri, & cùm ſo-
cietati paternæ natura eos addixerit. Er-
go quamdiu ibi hæterint, patris autori-
tatem revereantur, oportet. Sin verò res
ſuas ſibi quærant, manet beneficii memo-
ria & gratitudo. Utrinque ſi inſenſum ſe
præbeat, hoſtis filius declarari poteſt, vali-
turo velut in hoſtem jure, hoc eſt, Neceſſ.
Quod magis dilucidè patet in ſocietate
voluntaria Civitatis, ubi qui leges temerè
tranſilit, ſocietatis vinculum, & Autori-
tatem Superioris vellicat, & pœna ſe præbet
obnoxium. AIS, ut eadè à Superiore non
poteſt, Et ſi fiat, quo Jure. ꝯ. Non dixe-
rim Superioritatis, ſi voluntas ſummi Le-
giſlatoris DEI removeatur. Nam ex il-
lius voluntate præſumpta circa ſtabili-
mentum Civitatis, pullulat jus uſurpan-
di

di media ad finem, inter quæ pœna. *Ra-
tio* est, quia in voluntaria societate *utiles*
causâ non licet capitis pœnam sancire,
membris singulis, si quis legem societatis
violarit: *aliud accedat oportet*, præter nu-
dum consensum voluntatis. Dicam ve-
rò jure HOSTILITATIS. Hostis enim
est, qui suo opere societatem solvit, redi-
turo statu naturali *singulorum miserrimo*.
En causam. Cui Societatis gratiâ tolli vita
civibus possit, quæ ratio in statu naturali
quâ tali expirat. Hic *singulis* maximè, ibi
omnibus consulitur.

10. *Pœna & Vindicta* ineptè confun-
duntur. POENA est à superiore ob bo-
num societatis. VINDICTA apud
singulos & pares.

Hinc iis, qui in S. N. vixerint, Jus non com-
petic *pœnas infligendi*. Ubi Superioritas?
& inde pendens bonum societatis. Opti-
mè vero res suas *vindicant* singuli, hosti-
bus *vires* nocendi demunt, & cum neces-
se fuerit, *vitam*; Quod tamen pœnæ in-
dolem non habet, ex eo agnoscendum, si
legum auctoritati firmandæ & exemplo,
præter securitatem singulorum & metu
paradiſy pul vita adimitur facinorosis, ne
societas legibus concreta pessundetur.
Sic in civitate ob furtum pomi supplici-
um irrogari potest, (minime in statu N.
nisi

nisi repetito malo, & majora post se tra-
hente, ibi ob legis reverentiam, quæ in mi-
nimis petulantius violatur, ut illa Paradisi.

Titulus VII.

Uterior ἐξεργασία puncti superioris.

I.

IN pœnis infligendis considerari potest,
Subiectum, Objectum, Modus pœnæ
cum *causis*. SUBJECTUM vel in sta-
tu N. degit vel *ascititio*. Ibi *primariò* Se-
curitatem respicit puniens, *secundariò*
Emendationem puniti & societatis com-
modum. In hoc singula, sed dispari
ordine, & secundùm cujuslibet institu-
tum variantur.

Pœnam sumo τὰ χυλῶς h. l. pro malo pœnitionis.

2. Idem Subjectum vel est *simplex*,
vel *compositum* [singulare morale, ut vo-
co] Circà *simplex* quæritur (a) An solius
emendationis gratiâ pœnam quis inflige-
re possit si de *securitate* cautum sit. 34.

Prin-

*Principes id posse & parentes cum Domini-
nis. Etiam singuli in statu naturali, ubi
spes affulget & præsumptio securæ cor-
rectionis.*

Quod vix evenire posse autumo. Nam æqua-
lis non subiret pœnam, nisi repente immi-
nentem, quam subterfugere non posset,
quo casu non speratur *securæ correctio*.
Si verò v. gr. fures fustibus egregiè ultri,
fracto crure & corrupto vultu, *pœnitentiâ*
ducantur facinoris, frangi in posterum fu-
turi *per accidens*, & quasi miraculo id eve-
nisse censebitur. Et esto malos abstinere
delictis ex metu mali impendentis, id
non tam *correctio* est, quam *suspensio* vitio-
rum ad tempus.

3. QUÆRITUR (β) An liceat
Titio ulcisci hostem & cædere, si occisum
Sempronium videat inultum & innocen-
tem, solùm ex intuitu proprii periculi &
communis, ut & ex vinculo *Socialita-
tis*?

Casu innocentem cognitum proponit & ho-
stem nefarium, qualis *Latro*. Ajo in S. N.
id à *singulis* fieri posse, *Latro* enim omnium
hostis est, quos potentiâ superat, cæsurus.
Idque fit *cum* nostrâ causa, *cum* societatis,
quæ

qua purganda fœcibus, tam occiſi, qui jus erat ejuſmodi nefarium hominem, occidendi. Hujus juſtitie intuitu delinquentis ſanguine, Manibus occiſi, gentilium *vetuſtiores* litârunt. Quanto magis liceat, ſi propiori ſanguinis & amicitie vinculo lætius me contingat. Inde JUS VINDICTIS in medio *Judaismo*. In Civitatibus tantundem fieri potest, ſed imperantis *juſſu* aut *permiſſu*, obſervatis regulis, que moderamine inculpatæ tutelæ civibus præſcribuntur. *Vid. ſupra.*

4. Anne verò, quod (γ) QUÆRITUR, *Sempronio Titium* occidere, ſaltim malum quid machinari odiſſe licet, ſi alienis factis imbutus ab *opinionem* mea diſſideat?

Diſtinctè reſpondeo. Nota (1) Si quis Atheuſ ſit profeſſus, toletari in ſocietate *alterius* nequit, quia ejuſmodi hominibus *nulla fides, virtus*; Et eſto vires nocendi abeſſe & demi, v. gr. in civitate ob metum ſupplicii, *cum mors didiceris*, quantum mali dabitur inſtillando aliis pares ſenſus, prima humanitatis fundamenta ſuctuſſurus? Si doceri nolint *perſtinates*, ferendi non ſunt, cœu horrenda hominum *excrementa*. *Hostis enim* reputabitur omnium, qui *Divinitati* bellum indixit; quorum refer *blasphemos*, quos tollere *Zelotis* per-

permissum erat sine ulla iudicii forma intra cancellos sanctissima civitatis. (2) Si *DEI* cuiusdam sit religio & metus, reliquæ opiniones permittenda sunt, utpote quas nemo temerè adoptaverit, utpote sub *DEI* sui oculis, quem timet. Et sane religio non imperatur. *DEUM* esse, inscriptum est visceribus, quem negare malitiosæ dementiæ est. Reliqua desuntur. At pœna non docet, sed rationalis instructio. Adde quod nulla Religio, si modo religio sit, non bruta cerimonia, nocere statui N. cuius tranquillitas inter pares metu Numinis servatur, si servabitur, non Qualitate Religionis. (3) Sub pœnam non cadunt actus interni, quales Religio, ni exterius prodantur. Aliàs cum societate nullum habent commercium, *que latent.*

5. Persona composita, Rex, pater, Dominus, quid in alios reges, patres, Dominos queant, ex singulis naturalibus colligitur.

Intellige *superiores* superioritates, non subordinatas, aut inclusas. Quemadmodum igitur Titus Sempronius causam non suscipit, nisi unâ totius societatis, vel sua interfic, rarâ vel nullâ spe emendationis. Ita & rex regis causam contrâ tertium suscipere non potest, nisi generis humani, & sua interfic. Dico generis humani, cuius ignominia cedit

cedit dari DEI nescios, vel DEO aduersos. *Cetera jura sua habent!* Modo Deum *rationalis cultu* prosequantur, & *excusabili*, quo loco excluderim populos *inane religio-*
nis nomen habentes, cetera bestiis simillimos & peiores. Inter hos enim nullum jus est, nulla humanitas, nullus rationis dexter usus. Interest generis humani doceri tales, interque *mancipia* redigi, ut seruos natos.

6. Pœnæ propriè dictæ *objectum* non sunt, *imperfecta* vel *nulla* ratione usi, ut infantes, furiosi; Emendationem patiuntur, non pœnam, modo sensuali, ut *ἀλογα* animalia, Equos virgæ umbrâ, dirigimus. Ità nec *pares*, nedum *superiores*, quâ tales.

Pœna non est *Corrupta*, si cadatur, vel animalis iniquitatem passi. *Exempla sunt & ter-*
risulamenta spectatorum.

7. Sed tamen *causæ morales*, quæ moraliter delictis influunt; unde fundamentum *imputationis*.

Sæpe moralis causa tenetur *in totum*, non vero Physica, ut servus incendii auctor *jussu* Domini. *Sæpe plures* tenentur *in totum*, equo singuli *reatu*, ut qui homicidium iu-

refragabor, Minutias circumstantiarum observatas, *variare supplicii gradus*. Minime verò omnium infantes paterni criminis ultionem terunt. *Ferant infortunium, non pœnam*. Barbara vox, à malo genere necatulus quidem relinquendus. Facit tamen aliquid morum iracundie & ultionis filialis præsumptio, ut cautelas sibi circumponat justè, qui pœnas irrogavit, sibi què metuit. Sed ne ad eadem sæviatur, nisi novum suspicionis delictum accesserit, *humana suadet aequitas*. Oderint, dum metuant. Quod de liberis diximus, ad populum imperantè *foedem* applicari potest, ne quod delirant reges, *plectantur Achivi*, nisi in delicta Regum consenserint, adde & Civitates, quæ *mutatis individuis idem noster* gerunt.

8. Quæ inevitabiliter fiunt, pœnæ subjici citrà injuriam non possunt.

Deest enim *imputativitas*. Sic inevitabiliter peccant mortales inducti per errorem *invincibilem*. Qui si in se & in causa talis sit, à peccati reatu absolvit.

9. *Modum* pœnæ quod attinet, benignus sit, nec ad *severitatem* citrà urgentem causam compositus. Quemadmodum in iis, quæ societatis finem immediatè contingunt, & lædunt, v. g. in Ho-
mi-

micidii ſupplicio, noxia clementia malè
 diſpensat, ità ex oppoſito, ſi rigor innoxie
 mitigari queat, *crudelitatem* ſapit, ſi
 το ἀντιβोधίταιον obſervetur.

Obſerva (1) quosdam dari actus, qui omnem
 Clementiæ gratiam excludunt, nempe ii,
 qui, ut monitum, cauſæ ſocialis *jugulum*
 perunt, idque vel *naturâ* ſua, vel *ex acci-*
dente. NATURA tales agnoſcuntur, qui-
 bus perpetratis *oppido* ſocius in juſtum ter-
 rorem conjicitur, ne tutum ſibi commer-
 cium fore, ob atrocem injuriam ulterius
 arbitretur, v. gr. Homicidium, violatio
 thori, perfidia, *fide* continetur ſocietas,
 & qui thorum violat, proximè ad vitam
 accedit, utpote hoſtili actui comparan-
 dus. *Inter alia* vero primum eminet, cum
 vitæ profuſæ nulla ſit compenſatio, niſi
viciffim fuſo ſanguine. EX ACCIDENTE
 capitales actus fiunt, *ſi crebro prohibiti*, ſi
gratia auctoritatem contamineſcat & elevet,
 &c. Hoc enim modo non ſua quidem in-
 dole, ſed ob *circumſtantiam* ſocietatis glu-
 tino inſeſtam, quæ eſt *firma* Imperantis
 eum obſequente *coheſio*, & Harmonia;
 Loquor hætenus de Civitate. Nam in
 S. N. qui qualitercunque lædit, hoſtis eſt
 & *reus Mortis*, uti demonſtratum. *Obſ.* (2)
 Alios actus *latitude* habere, & conſe-
 quenter *exenſationem*, ſi dubium ſit juſ,
 S 2 nec

nec oppidò manifestum; Si longius conclusio à principiis notissimis naturæ fluat; Si ratio hebeſcat, velut apud nondum puberes & adultos, aut si necessitas & metus lumen ingenitum obscurarit, Ubi æquitas officio suo defungitur, ponderariſ diligenter circumſtantiis, Legemque pœnalem interpretatione benigna ad Legislatoris justissimam voluntatem moderatur, scil. in iis, quæ jure nat. permilla, limites *restrictionis* ab arbitrio humano acceperunt. Obs. (3) cum justè licet punire, vi legis laudabilior *Clementia*, quam *rigor*. PONE, ubi actus materia *neutrino* efflagitat. *Ratio*, quoniam gravior clementia, & strictius amore reguntur cives, quam metu. Etiam in statu N. facilis animus, nec odii tenax, malorumque obli-viosus, summam habet virtutis opinionem & laudem.

10. *Causæ* sunt aliæ, quæ pœnam, aliæ quæ pœnæ *gradum* producant. Quæ pœnam? Legis literæ obluſtantur, cujus Sanctio transgressorem reddit *indignum*. *Gradum* augent vel minuunt, ætas, tempus, occasio, vices, irritamenta, educatio, indoles, vitæ anterioris memoria.

Nota.

Nota. Etiam punibilis est, qui in legem peccat, non expressâ sanctione pœnali, nam hæc tacitè cohæret omni legi. Si vero deficiat pœnæ species, apud Eos est definire, qui legem dederunt. Sic *malum fert à quocunque læso flagitiosus, si velit in statu N. quacunque de causa, uti jam dictum.*

Titulus VIII.

De

*Consiliis ad Pacem conservandam
facientibus, & in specie*

De

Fœderibus & Dominio.

I.

CONSILIA voco, quæ præcepti vim non habent, sed ab utilitate commendantur ad consequendum finem.

Supra de Consiliis Juris aliquid dictum, sed alius generis, scil. quatenus honestum magis & laudabile respiciunt. Hic de utilibus ad conservandam pacem.

2. Facile perspexerunt mortales, si societas diutissime servanda sit, opus esse

S 3

non-

nonnullis *remediis*, quæ altercationis diffidiorumque ansam præriperent. Quandoquidem Experientia docebat, *offendicula* nonnunquam emergere, quæ inter virtuosos quoq; & iustitia diligenter usos *infestas lites* fererent.

Malicia hominum congenita nunquam ad eò virtutum studio obrunditur, quin sæpius se prodat, ut forex in pice. Ipsa mee efficit, ne iniustitiam suam videant *delinquentes*, sed quæ ingenii humani pertinacia, *pessimis quoque rebus* colorem iustitiæ quærant. Igitur

3. In statu naturali singulorum, vel familiarum sequegum *difficile* erat & intutum, soli rationis dictamini, sine alio vinculo iustitiam mutuam committere, *propterea* regulæ quædam inventæ sunt & præsidia, quorum ope litium multitudo, & rixandi occasiones, ni tollerentur, minuerentur.

4. Sic in *ædera* itum est, *Communio bonorum*, dominiorum Definitione sublata, ritibusque quibusdam & cerimoniis

actio-

actiones vestitæ, ne illarum sinceritatem cavillari infensus animus posset.

5. *Fœderum antiquissima solemnitas*, quæ Conventiones publicas hodierno usu vocant. Videlicet in fœderibus reciprocè aliquid præstandum promittitur, accedente vinculo, per *Sincerationes, Execrationes, Juramenta*.

Nollem hic fœderum omnes *ritus* explicare, quatenus contractuum speciem civilium habent, *licet inter summos imperantes*. Hic summos apices sectamur. De contractibus *infra, ut & de promissione*.

6. Præstandorum materia vel erat *Præcepti naturalis*, vel aliquid *superadditum*. *SI ILLUD*, fœdere inito arctiùs ligabantur, ne omittereunt & patrarent, quæ Socialitatis leges per naturam inculcarent, v. g. nemini innocenti damnum inferendum; ut transiens exercitus ex pacto vel præsidium in terra neutrali habens. Et cum ipsa promissio seu sponsio, *anima fœderum*, proximè & eviden-

ter Juris N. imperio stabiliatur, *religiosas devotiones* adjunxerunt.

V. gr. *Sacrificia, libationes; Omnia certo ritu & sæpe tremendo, vocatis Deis ultoribus, si fœdus alterutra pars transgressura sit, & violatura, unde formula: Ita me Deus, ut ego hunc parcum. Aliàs sponsio, fœdus, pactum, promissio, contractus, ut in terminis differant, non ab usu moderno, sed actionum primigenia indole petendum est. Ajo differre per accidens.*

7. Si aliquid *superadditum*, concernebat res liberæ dispositionis, quas, nisi fœdus accessisset, omittere vel facere cui-libet erat *integrum*.

V. gr. *Circa commercium, vestigal, commercium, ne alter, vel neuter munimentum extrahat; mutua matrimonia, quibus gentium animi firmiter coalescere solent. Observa in statu N. non dari fœdus inæquale, ob dignitatem, sed partis ex multitudine lociorum potestatem.*

8. Fœderibus & pactis *διπλεύροισ* id commune est, ipsa facti natura, ut si *utra pars recedat, altera non teneatur*.

Probo, quia oriretur funesta *inaequalitas*, uno libero, altero ligato, cum iactura, quam

quam inæqualitatem æquitas naturalis horret.

9. *REGES ET PRINCIPES pari jure*, quo singulos teneri existimo, si in foedera coiërint. Nam promissionis & devotionis annexæ vis eadem apud omnes qui vivunt in statu N. qui nisi in meram hostilitatem & latrocinia converti debeat, sanctitate talium actionum munitur.

Ut si rex paciscatur cum extero alius religionis, *Christianus cum Gentili & Barbaro. Nec minus si cum Cive.* Privati enim habitum induit, & *fictione juris*, uterque quoad hunc actum *in naturali statu conversari* concipiuntur. Quantum valeant regum principumq; contractus & promissa, prolixè *Grotius l. 2. 14.* quæ tractatio ad jus publicum universale pertinet, *speciem* sub jure N. contentam.

10. Jàm de DOMINIO, de quo *subtiles* inveniuntur apud Eruditos *disputationes.* Nos DOMINII *naturam, originem, subjectum & objectum* considerabimus. DOMINIUM est *jus rem sibi*

S 5

pro-

propriam habendi, eam liberè administrandi, ea utendi, fruendi, eamque alienandi.

Observa (1) jus est, quia Dominus non semper *possidet*, quod suum est, nec *actualiter* vires Domini exercere potest, absente obiecto; v. gr. si furto ablatum, oppignorum sit, si ratione hebescente Domini usus in propria Domini persona conquiescat. (2) *Proprietas & Dominium* invicem recipiuntur, differunt tamen, *conspiciendi ritu*, ut causa & effectus. (3) *Domini* apparentes effectus sunt: *Libera administratio, usus, fructus*, cum *vi alienationis*, quod valet non tantum in singulis seorsim res suas habentibus, sed etiam in *pluribus conjunctim*. Dico *conjunctim*, nam *Communione Domini & rei stabilita*, nihil alienari potest, nisi *Dominus ille compositus* (condomini) consentiat. Ita si eundem fundum sed definitis partibus plures possideant, si neutra pars ab altera *vi pacti* nequeat alienari, sufflaminatur effectus *alienandi*, & *suspenditur à voluntate aliorum*.

II. Ad DOMINIUM requiritur *limitatio*. Est enim terminus *connotativus*, ut vocant, qui refertur *ad alium Dominum*.

Idcirco

Idcirco Dominus non erat *Adamus*, non enim habebat *limitatam* alio Dominio *possessionem*, vel *jus* alio *jure* circumscriptum. *Possessor* erat rerum, quæ usu suo complexus est, reliqua *derelicta* erant. *ALS*, at poterat occupare, quod vellet, nemine impediente. *Æ. Occupabat*, ut *derelictum*, rem *Nullius*, quod cuperet. Quod nemo impediret, ex *casu* erat, *nec juris nec subjecti existentis*. Eapropter minus congrue dicitur, hodiernos Dominos possidere *particulas Domini Adamitici*. Aliud est *Dominium esse*, aliud *esse posse*, indeterminate omnium, non conjunctim, sed *divisim*. Nam impossibile conceptu, *unam hominem ACTU* dominari *universo*, cujus ne *milliesimam* quidem partem cogitatione, ne dicam, *usu complexus est*. Quapropter nec dabatur *Communio*, quam vocant, *positiva*, inter Adamum & filios. Illa enim significat *Con-Dominium*, cum exclusione alterius *Domini*, qui tum non erat; quamprimum verò in familias segreges & capita discesserunt, posterius & nepotes, *occupatis terra partibus*, quæ nullius antea erant, *Dominia* cœperunt, nec aderat *Communio negativa*; Nam impuberes erant, in familia patris *Adami*. *Adulti* suas sibi sedes quærebant. *ALS*, atqui vivente *Adamo* omnia erant *Adami*; *Æ. NEGO*, poterant quidem esse *jure occupationis*, sed

non

non erant; Cum itaque filii majorenes patri fiebant æquales, occupabant *partes desertas DOMINI futuri.*

12. Circà *originem Domini*, præter jam dicta notandum, eam investigari posse, vel in *ἱστορίαις* vel in *ἱστορίαις*, *ἱστορίαις* ex *Historia* discitur, illa, quæ in his unicè assensum meretur, *Sacra Scriptura.*

Hæc docet *Adamum* paradiso ejectum terram laborasse, *migrantsibus* ad regiones *desertas filius.* Paria de *Noacha.* Apum more, quarum proles sedibus expulsa in alia arbore favos suspendit. Quæ *Poëta & Mythici Historici* narrant, de *communione primævæ* nihil ad rhombum faciunt.

13. In *ἱστορίαις* consideratur *Communio bonorum* inter æquales **INFELICITAS,** & inde gentium *presumpta voluntas.* *Communio infelicitas* patet, cùm vix fratres unius familiæ conveniant; quid sperare liceret de iis, qui *segreges familias* ducerent?

Sic in compascuo rarissimè conveniunt *diversi pastores,* ut *sacra docent paginæ.*

14. *Presumitur voluntas,* quòd eligat *opti-*

optimum Ratio, infaustis præsertim docta experimentis.

Quæ præsumptio Historiâ omni, præter Mythicam suffulcitur.

15. Quod autem *positivâ* capitum in familiis *divisione* id factitatum sit, ut Dominia & segreges possessiones introducerent, *id creditu vix dignum judico.*

Fortuna id datum, quorsum migrarent, emancipati & puberes, cum solitudinum abundè passim existeret.

16. Sed hoc *verosimillimum*, TACITO hominum pacto id constitutum fuisse, nonnunquam à *particularibus* EXPRESSO, ut, quam unusquisque regionem & *agellum suis usibus destinasset*, & actuali possessione complexus esset, *inturbata* quiete liber & *ἀνεπίδητος* possideret, *pleno jure domini.*

Alioquin plena terroris fuisset possessio, vaga, incerta, nulla, cum sine dominio cuilibet jus amplissimum fuisset possessorem loco suo deturbandi. AIS, hoc Amori, studioque socialitatis transcribendum esse, sine pacto segregandi dominiis. B. NIHIL DICI; nam hoc modo se dominium quidem

dem esset. Unde enim vis illa *dominandi?*
 An *precaria* ex alterius arbitrio & amore.
Minimè gentium, sed tutius & verius *pactio*
 ascribitur, quo *data* FIRMANTUR. Ete-
 nim quod semel placuit in mutuâ conven-
 tione, *revocari sine causâ nequit.*

17. PACTUM illud *consilium* natu-
 ræ voco. Unde intelligitur contra Na-
 turam non esse *Dominium*, à quo permit-
 titur non tantùm sed & *suadetur.*

An *exceptioni primæ* in hoc pacto locus sit,
 ut ab injustitiâ liberetur, dubito. Recur-
 ramus, ad hostilitatem in casu superius al-
 legato; Vel si nec hoc arrideat, dixerim,
 delinquentem ejusmodi v. gr. *furem panis*
famelicum quodammodo veniam mereri ex
aquitate.

18. Quod de *Dominio Eminente* affe-
 runt, non efficaciter concludit ad *proprie-
 tatem*, quasi propria essent bona civium
 cuius Majestati. Nam ubi nec *Domi-
 nus* est, ibi nec *Dominium* propriè di-
 ctum; atqui non omnes imperantes
 sunt Domini. E.

Hoc evidenter ex eo cognoscitur, quòd bona
 civium non liceat *alienare*, sed APPLICA-
 RE, nec *omni casu*, sed summæ publicæ ne-
 cessi-

cessitatis. Nec dominium *recula sua* amittunt cives, quantum ad jus, quod compensatione aliorum expleri debet. Libi *κατολιθία* ingruit, *Civitas exprat, redituro* ad singulos jure *se custodiendi, servandi. Ita cives* communi consilio jacturam bonorum, ut in naufragio, faciunt, aut separatis studiis, suæ fortunæ singuli seorsim, quantum pote invigilant, adeoque distinctione *pleni & imperfecti domini* non opus videtur.

19. De SUBJECO *Domini* variè quæritur; sunt tamen in statu naturali *omnes homines; in ascititio, Domus, proles, Civitatis cives.*

Ratio est, quia in statu naturali, vel occupando vel acquirendo dominium accipere possunt, quotquot libertate & æqualitate gaudent, nullius servitio addicti, ne, quicquid acquirant, aliis comparent. Veluti contrarium in servis videmus: Non quod natura id fieri oporteat, sed ex voluntario jure gentium, quatenus bello capti, vel ii, quæ nutritionis causâ servitutem infamam, subeunt, nihil sibi sed domino acquirant; Habent enim hoc calamitosi, ut pro labore perpetuum habeant alimentum.

20. De *infantibus* quæritur, *num Domini esse queant. De iis, ad quos defunctis*

Etis parentibus bona delapsa sunt, nil ve-
tat *affirmare*; sed an iis, qui patriæ po-
testati adhuc subjacent.

Jus civile peculium *castrense & quasi castrense*
nondum emancipatis adjudicat, ac si pa-
tres familiâs essent, in solatium, arbitror,
subjectionis, & ne virtus bellica labasce-
ret. Vid. Institt. l. 2. tit. 9. Jure *natura* fi-
lius adultâ ratione, fit *patri par*, intrâ an-
nos immaturæ rationis. *Patris quasi ap-
pendix est proles*, nondum sui compos, alie-
ni consilii egens & *adminiculis*; quâ in re
æquum est, ut *opera filii* patris commodo
cedat, velut in solatium Educationis:
Quantum verò *ad dominium*, infans, imò
Embryo ejus est capax, licet *exercere actum*
secundum non possit, quem tutores exerunt,
non ex radicato in *suâ personâ* dominio, sed
illius, *cujus sunt Tutores*.

21. Itâ *furiosi* sunt Domini, quoad *jus*
& *radicem* Domini, utut administratio,
advigilante lege, *cedat aliis*, ne bis per-
cundum sit *infortunio suo*, quem legiti-
mum dominum bona agnoscunt.

22. Nec minùs in Civitate *verè do-
mini* sunt cives & proprietarii bonorum
suorum. Nec obest, quod in volunta-
tem

tem Majestatis suam condixerint; Hæc enim *publica* concernunt, quibus *privata* eximuntur.

Restringi tamen potest & inhiberi *alienatio*.
Ex causâ publicâ. Quidni? nam etiam
bona ipsa adimi possunt.

23. Dominio, ut de objecto mentionem faciam, comprehendi possunt, quæ *occupationi, vel alienationi* patent.

Qualia non sunt, quæ *suprà nos*, stellæ, *in æthere* in centro terræ, Res *religiosa & sacra*; Ibi *adorator*, hic *vetitum*, ob *reverentiam numinis*.

Titulus IX.

De

Prudentiâ Conversationis.

I.

AD. consilia. refertur PRUDENTIÆ in casibus *obviis* *juvencis*, quæ *circâ singulares personas* cautè & utiliter *versari* jubet.

Superiori titulo *tractata* sunt, quæ *genus humanum universim* concernunt.

T

2. Et

2. Et hæc prudentia exeritur *partim* exploratione ingenii eorum, quos inter vivimus, *partim* complacentiâ honestâ, *partim* evitatione eorum, quibus irritare crabrones compertum nobis sit.

3. Ingenia explorantur *ex characteribus*; temperamento, & vel maximè *usu*. **PRIMUM** ex philosophiâ & *alterum*, *tertium* verò familiari consuetudine addiscitur; hæc enim dabit *clavem* animorum.

4. Ingeniis *prudentior* assurgit, & molesta fert *patienter* atque *civiliter*.

Nolim verò *adulationem* hoc consilio comprehendere, quam à verâ virtute alienissimam judico. *Adulatio* enim ingenio etiam pessimo obsequitur, suoque ministerio, in pejus semper convertit, ut *Pseudo-Politici* solent, qui *Dominos palpum obtundunt, conscientiam sepeliunt*. Plorandum verò cum *lagentibus*, exultandum cum *latis*. Molesta feruntur. Cum enim & alii nostros mores patiantur, æquum est, ut nos quosque aliorum. *Maxime* omnium tolerari debent, quorum *autoritas & virtus* cum beneficiis venerationem meretur, ut *Parentum, Regum, Amicorum*.

5. Com-

5. Complacentia VIRTUTE nitatur, & studio pacis, non foedo utilitatis aucupio.

Opponitur Aporofitati, ferociae, austeritati, & ingenio levissimâ ex causâ irritabili: Tales enim facile exasperantur, aliisque molestiam creant, iram bilemque movent. Sic superbi alios ad suam servitutem adigere mallerent, quàm aliis modestiâ amabili obsequium præstare, sunt tamen, qui invitos alios ad sui venerationem rapiunt, *Amabiles ipsi*, licet non ament; Galli vocant *L'ascendant*.

6. Complacentiæ *modus* variat, pro diversitate temporis, ætatis, personarum, & loci; *Alioquin decus* amittit, & virtutis opinionem, si prudentia sufficiens & cautela non adhibeatur.

Sic asinus & catellus, ut in *fabulis* habemus, diversimodè blandiuntur Molitori.

7. Evitanda denique, quæ ullatenus *invidiam, odium, iram*, infestos affectus excitant. *Alia* omnes irritant, v. gr. contemptus, *alia* quosdam pro genio & studio.

Qualiter *Interesse* mutat animos, secreta familiarum.

8. Evitantur autem *vel* linguâ, *vel* factò. Linguâ *plurimi* peccant, *infiniti* periêrunt, qui insigni fortunâ florere poterant. *Factis* exorbitantibus mille facies, mille cautæ.

Sed modò *excessu*, modò *defectu* delinquitur.

9. Etiam, quæ ex obligatione facimus, *gratiam* accipiunt & favorem, si hilares, si expediti officium exequimur.

10. *Singularitas* odio est, si nulla ratione nitatur.

Et hoc prudentiæ incumbit ostendere. Quantum *ovypaλiζίδης Civitatis* liceat, quâ vestitum; v. gr. Mutato enim universim ritu, in re *ἀδιαφορεῖν*, reliquis obsequendum est, sic qui ferret *collare Hispanorum*, sine dubio & jure ridendum hodiernis moribus se propinaret.

Titulus X.

De

Causis Pacem restaurantibus.

1.
EAs divido in *mediatas* & *immediatas*.
HÆ influunt proximè in *Restauracionem*,

tionem, ut *Cessio juris*, *Compensatio damni*, *cautio*. *ILLÆ* remotius accedunt, sed *promoveant*, ut *Legatorum missio*, *rituum fideique observatio mediis in armis*.

2. *ORTO* *semel* belli incendio, *de fine* cogitandum est. Quid enim atrocius belli malis, quæ dubia victoria utramque partem affligunt.

Rationes finiendi belli sunt (1) *Status* hostiliſq; *miseria*. (2) *Natura* belli, quæ suo pte motu & destinatione tendit ad pacem. *Defensio* enim & profligatio hostis suscipitur, ut pacatis in posterum esse liceat. (3) *Iustitia* & *aquitas*, *ILLA*, si mensuram damni hostilis nostra vindicta æquaverit vindicando, puniendo. *HÆC* verò cum memores humanitatis clementiam præ *ἀντιβόδιαις* eligimus.

3. *Impossibile* autem foret, semel infensos animos iterum coire, nisi *media* arripiantur, quæ memoravimus, inter quæ eminent 1. *Juris ultronea Cessio*.

Fieri potest, ut duo bella gerant, uterque cum *justi opinione*, sed *dubium* cum hoc ipso sit, **BEATI POSSIDENTES**, *pacem*

laudabiliter cedunt, præsertim cum multum sanguinis & frustra hætenus fustum sit. Tandem dixerim de *levis bellorum causa*; gliscunt lites ex tenui initio, augentur postmodum discordiæ effusâ calamitate. *Desinant irarum*, & qui virtutem amat, cedat jure suo, eò citius, si alter *fræctus jam satis pacem ambiat*. *Forsuna reverenter haberi debet*, per abusum corrumpitur, *hostis repente amica*, quæ hætenus nobis arriserat.

4. COMPENSATIO DAMNI hic locum habet, & restinguere valet oriens incendium.

Ut enim præter *restitutionem* super sit injuria, multum tamen conducit sedandæ indignationi, si *reparatio extra moram* fiat, cum *facilius injuria*, quam damni dâj mortales obliviscantur. *Addo munera*, quæ *placant hominesque Deosque*.

5. Si *cautum* sit malis, propter quæ in bellum exarsimus, quid ulterius impedit, ne *pax* denuò coalescat.

Jus defensionis & belli porrigitur usque ad *securitatem*, quæ nisi obrineat, *Pax* intuta *pejor bello*.

6. CAUTIO fit *scædere*, *Hypothecis*, *imminutione virium*. *Primum* fert punctum

Etum *fides* redintegrata ; Hâc enim compingitur omnis societas, Pax & tranquillitas.

Sed de his tit. 7. 4. seqq. dictum est.

7. Cùm vero nihil adeò firmum sit, quod malitia hominum temerare non aufit, ad *Hypothecas*, sive melius, *Pignora* confugiendum est, quo nomine *Assesurationes* intelligo, quibus in manu & Potestate nostrâ positæ libido hostium *extra pœnitentiam* nihil aufit.

Talia sunt portus, castella quædam, ad hunc effectum congrua, Missio militum & vel maxime *Obsides*, qui tamen hodiernis moribus in bello capiuntur, finito eo, non *retineri*, sed dimitti solent. Non enim datur *Obses perpetuus*, qui tamen dari solet. Etiam *Matrimonii* initis antiquitus caveri de futuro solebat. Sed ratio status, quicquid hoc est vinculi, dudum proculcavit. De jure *Obsidum* annexi huc quæ plurima possent ; *Obs.* (1) Jure gentium *Obsides* non ut *ferros* & *mancipia*, sed liberalius tractari. *Libertatem* verò amittunt, veluti ingens pretium, quod restitutionem citam mereatur ; unde & *persona*, quibus *gratissima esse sales*, *obsides* fiunt. Alias si viles animæ *obsides* darentur, quid

interesset Reipubl. vel *ipforum*, perpetuæ custodiæ inter fercula & dapes mancipari, jucundoque otio frui. (2) In *Obsidum* caput sævire non licet, multo minus eosdem *capite plecti*. Nec enim ad hoc *dati* sunt, nec ut *innocentes*, dari possunt. (3) Rectè servandum obsides, quantumcunque de libertatis suæ jactura *questi*, usquedum *Conventionis conditio* expleatur, cujus *obsecritatem* dati fuerunt, nec his datâ fide publicâ, *subterfugere custodiam* licet.

8. *Tutissimè* omnium *cavebitur*, si *vi-res* hosti IMMINUANTUR. Si enim *nulla* fide versùs fœdera, *nulla* honestate in obsides ducatur, proculcatis sc. juribus & Divinis & Humanis, *nihil humanitùs superest*, quàm ut arma excutiantur, & in *eam sortem* redigatur hostis, ne *hiscere* contrà ausit.

Sin minus id possis, *incuriam pacem* crede, *libidini* victoris in horas expositam; *Fides* autem proh dolor! aded *lubrica* est, etiam inter *Christianos*, ut mutuo perfidiæ metu nihil sit Pax, quàm ad novum bellum *præparatio*. *Fidei* sanè custodiâ, quam ocellum humanæ societatis & meritò vo-
cant,

cant etiam *Barbari*, DEO que infideles succellunt *Christianos*.

9. Ea quæ promovent media, sunt *Legati*, aliique *missi*; *Nuncii summi & infimi ordinis*.

De quibus tit. seq.

10. Et rituum quorundam *observatio*, v. gr. *salutationes*, *Obsidionum modus*, *captivorum cura*, *justæ velitationes*, & *pugnæ*, *latrociniis oppositæ*, quæ animos efferant, *signa deditiois*, *sepultura permissio &c.*

De *induciis* supra.

Titulus XI.

De

Jure Legatorum.

I.

LEGATUS est, vi adpellationis, qui alterius nomine apud alium aliquid *exequitur*, *missus*, *nuncius*.

2. Horum varios *ordines & gradus* introduxit temporum usus, ut alii *primi*

T 5

alii

alii *secundi* ordinis dicantur, & sic porro.
Ut *Ambassadors, Missi, Residentes.*

Hoc inde factum autumo, ut ex *personâ mittente* vel rei tractandæ plus minusve autoritatis *persona missa* accederet. Sic ad repetendos captivos & ferendas epistolas *inbiscen* mittitur, non *Ambassador* primi ordinis. Nec enim materia fert, ut *persona* exequens *personam mittentis* induat.

3. Alii *personam mittentis referre*, alii *ejus nomine* & jussu nunciare & agere quid censentur. Qui *personam referunt*, summos honores accipiunt, *reliqui moderatiùs*, & pro modulo *commissæ autoritatis*.

Quæ omnia antiquitus non adeo curatè observabantur, sed oratores augustam speciem à *mittente*, à *numero*, à *rei gravitate* sumebant; Repræsentantium & non repræsentantium distinctio subtilior ultimam antiquitatis simplicitatem fugiebat.

4. PRUDENTIA verò gentium effectum est, ut Modum tractandi singulos pro *mensura CHARACTERIS*, quoad *visitationes, præcedentiam, gestus, tacito pacto* introductum videamus. Sic
liti.

litibus orituris obex positus, aliâs in infinitum ferendis.

Equidem usu constant hæc, sed contentionsibus nonnunquam vellicando, cum reges principesque Antiquitatis virtutisq; gloria de eminentia & honore certent; v. gr. Hispani & Gallici ad Synodum Tridentinam Nuncii apud Chislet. & Blondell. Hinc tenerrimum honoris punctum violari nonnunquam necesse est. Verùm hæc specialia sunt à Wickesfortio imprimis ventilata. Nos insuper habitis Europæorum inter se ritibus, ad illa, quæ inter gentes universim valent, gratâ brevitate progredimur.

5. Legatorum *NECESSITATEM* sine dubio, *bella dedere*. Nam amici ultrò coëunt, nec opus est certo jure Sanctitatis, quod vel maximè in controversiam venit.

Si in pace Legati mittuntur, honoris & amoris, aut aliâ causâ, sancti utique erunt, nam hoc esset amicos lacerare, vel jam infensos ulterius exacerbare.

6. Quin sancti sint, hoc est, *inviolabiles*, probatur (a) ex *socialitate*, quæ ad finem bellorum reconciliatione collimat.

Quid

Quid enim miserius statu hostili, præsertim *paucorum*. At *reconciliatio* fieri nequit, nisi personæ immunes admittantur, quarum *interlocutione* media reconciliationis proponantur & tractentur.

Nam ut ipsa partium capita coëant, periculosum foret.

7. (β) Probatur ex communi *instituto* gentium, quo mederi voluerunt tot inconvenientiis, si nunciorum sanctitas *vi-
lisset*.

Unde *Barbari* sunt & habentur, qui *Legatos violant*. Sed quod ex simplici voluntate gentium nulla possit nasci vera obligatio, utpote quod pares sint, *violant* derivo, *ex contemptu taciti pacti* & violatione officii naturalis. ILLUD constat legi naturæ adversum esse, *pactis non stare*. HOC etiam liquet. Nam dispar hic ratio singulorum in statu naturali, quàm Civitatum; In hostem quidem *eternum nocendi* jus est cum exceptione æquitatis, quam singuli immediatè possunt exequi, *At secus se res habet cum societatibus civilibus*. Nam esto, nullam esse Legati sanctitatem, pacis omnia media præscindo, auctori tanti sanguinis effusi præter necessitatem, me meosque objicio *fortuna*, quæ nemini jura-

juramentum dixit. Sic custodia sui, sic societas humana violatur. Nam si omnes tantundem facerent, quid mundus nisi spelunca latronum foret.

8. Eaque indemnitas valitura est, etiamsi Legatus odiosa & hostilia referat, v. g. Nihoc feceris, bellum inter nos esto.

Probatur (1) Quoniam Legatus exequitur jussa, non suo arbitrio, sed alieno; Unde indignum foret, in eum seivire, qui non potest non exsequi mandatum. Et quamquam declarato bello, nuncius hostilium partium jure teneatur, hostisque censi possit, nihilominus (2) favori hoc dandum legationis, ne alii existiment, pessimo exemplo, quod dum hostem in nuncio prosequimur, nuncium in hoste violassemus.

9. Intellige si Characterem legati non excefferit, sed si ipse hostilem animum exerceat, rebellionem v. gr. cieat, venenum & insidias paret; **HOSTIS ESTO!**

Hinc oppido, factâ clarigatione, finibus excedere jubentur.

10. At, quid si tacitis artibus, & sub amicitiae specie id machinari compertum sit? R. Tutissimum erit & generosius in favo-

favorem sanctitatis excedere *finibus legatum jubere.*

Qui *ad supplicium* raperet, manifesto facinore reum, sine dubio excusaretur. Nam *privatum fatinus* hominis, suspensio caractere, legibus subicitur, quibus Majestatem defendi opus est & vindicari. *Si alio* no, principalis scil. peccaret, eò *petulantior* hostis habebitur, qui non justo bello, sed *latrocinis* sanctissimâ re *occultatis* in adversarium agere voluerit. Tantum de *privato crimine*, v.g. *ASSASSINATU* dixerim, ut ad principales suos tanquam iudices remittantur; Aliàs tamen legatus sanctitatis privilegium habet, si *munere* suo defungatur, quod non est, si jura naturæ & civitatis, ad quam missus est, *prodigosâ petulantia* & temeritate evertat.

II. Præterea cùm Legatus *ministerio* indigeat hominum & rerum, sequitur ne illa violari posse, cùm injuria in Legatum inviolabilem redundaret.

Sic moribus suis inter se permittendi sunt, licet *peccent familiares* invicem, *injuriâ* in civem non redundante. *At hoc casu*, si injuria levis, moneri caput familiz legatus potest, si atrox & infamis, ut homicidium, corripitur potest; *ni favor sanctitatis*, alique prudentiz consilia id impediunt.

runt, Ita supellex non minus ac comites & servi incolumitate gaudent, nullis veltigalibus onerandi, queis Civēs solent. Excipe, si mercaturam velit exercere Legatus, quod non pertinet ad necessaria sustentanda familiæ, multo minus ad Characterem.

12. An verò certus in Civitate AMBITUS cum Jurisdictione & asyli jure concedendus sit, id à Legati quæ talis privilegio non pendet, & variant hæc in parte mores gentium.

Ad Legatum pertinet hospitium qualitate suâ dignum, & ne desint necessaria nutriendæ familiæ. Quorsum refer liberam coemptionem eorum, quæ ad officij sui essentiam vel splendorem pertinere videntur.

13. Si SPECULATOREM agat, vel agere velle credatur legatus, inhiberi potest, prætexta civiliter causa.

Ita solent Reguli Indiarum, ut reducatur legatus, peracto officio, brevissimâ viâ, adhibitisque cautelis, ne quid indebitum resciscat.

14. Qua lingua, veste, ritu Legatus uti debeat, à gentium pendet moribus, quæ nisi ad aliud persuaderi queant, ferentur.

rendum. **ALITER** gloriosius est legato, *suis moribus uti posse.*

15. Veluti injuria est Legatum *indemnem* non admitti, ità admissum *non audi.*

Equidem, ut *colloquar*, si tacere velim, nec audire cogi non possum J. N. *Morosum* est, non *injustum*. Nihilominus Jure gentium injuriæ *species* habetur, apud summos Imperantes, si alter ne quidem *colloquio dignetur*, quod contemptus est: Hoc de pace. An *durante bello* admittendi sint, non dubito, si reconciliationis consilia, non *novas injurias* afferre persuasum sit. Hoc enim urget *Lex Socialitatis*, uti *dictum*.

16. Legatos nemo mittit, nisi *summus imperans*.

Ratio, quia singuli in statu naturali Legatis non indigent, Cives non possunt, cum *voluntatem* suam Imperanti *resignârent*.

Titulus XII.

De

*Personarum acquisitione per
Conjugium.*

I. Vi-

1.

Vidimus hucusque quæ *pacem ipsam* inter homines *tam* servandam quàm restaurandam concernunt. Jam ad ea accedimus quæ sub **UTILIUM** specie considerari possunt, quatenus *vel* mihi *vel* aliis commodum præstant, **UTRINQUE** ratio **Honesti** enucleanda erit, ne *vel* *acquirendo* *vel* *transfere*ndo, *vel* *vindicando* peccetur, sed ubi vis societatis *meta immobilis* observetur.

2. **PRIMUM** est *acquisitio* personarum **PER CONJUGIUM**. Nec præter rationem. Nam post *custodiam sui*, quæ nobismet commendamur, proxime sequitur, & palam se prodit *instinctus* ad *societatem conjugalem*.

Inter *quæ* *quæ* *quæ* refertur, quatenus *impetum* *notat* ad *Venerem*.

3. **CONJUGIO** autem, an personæ acquirantur, dispiciendum prius est, *quid sit*? Dico, est *societas disparis sexus procreanda sobolis causa*. Ponderemus

U

fin-

singula. Est (α) *Societas*, duorum plurimumve, subjectorum, quod ex *fine*, societatum signo διακρίσει agnoscitur, qui citrà societatem inveniri non potest.

Ergò non est *mutuaria Veneris compressio*, præsertim si *invita* sit.

4. *Eaque coalescit non nudo effectu, sed & affectu.*

Debet enim *rationalis esse*. Unde non solus *conubitus*, sed *consensus connubium* facit. An verò *consensus* sit *complementum*, an *consequens nuptiarum*, perinde est, in statu N. QUID DICAS. *Nuptia* jus dant in *corpus*, quod in *actum* deducitur, cum *visum* fuit; *Lis aliàs est de nomine*.

5. *Est societas duorum plurimumve.*

Vid. infra de *Polygamiâ*.

6. Sed *DISPARIS* sexus, Quod *natura* exigit, & *facis*, qui non obtinetur in *versione φυσικῆς κρήσεως τῶν φύσιν*.

Hanc *Apostolus Rom. I. v. 24.* ἀναδραπέλας vocat τῶν ἐπιθυμιῶν & quidem ex ὁμοίῳ justis *judicii*. Vocat ἀτιμίαν τῶν τομάτων, κατεργασίας ἀχρηστίας; præposteræ *Veneris* usum. Quæ omnia significant non tantum *jure* quodam *Positivo Universalì*, sed *contrà naturam* fieri. *Ecur non sit contrà naturam?* quæ *generationem* non *libidinem* intendit, hujus

hujus tamen extinctio *concomitanter* non seorsim, non directè admittitur. Et foeditissima *regula* est, quæ pudorem proculcat *illis actuum instrumentis*, quibus peccatum antiquitus *velamenta & tarpitudinem* apposuit. Hoc enim Divina asserit veritas, Hoc moratz gentes ipso facto experiuntur, quod *horreant ad talem* *ignominiam*.

7. FINIS est propagatio generis, *Sobolis procreatio.*

Quæ semper à natura intenditur. Quod in ADJUTORIUM cedat, fit *concomitanter*. Quod in Adamo videmus, cui data uxor, non *societatis tantum & adjutorii gratiâ*, ut *garrunt fanatici*, sed maxime *sobolis procreanda*. Hinc concumbere, cognoscere significat, & *uxore* uti, ad quod data est. Illud ipsum Evæ Hebræum nomen docet, quod non ad *sodulissimum* duntaxat, sed *multiplicationem viventium* data fuerit. De mollitiæ artibusque Venereis ne loquar, pudor prohibet. AIS, talia patrare non est *contra Societatem*, si lateat, nec *contra virtutem*, quia remouet irritamenta majoris mali, nec *contra bonum publicum*, cujus interest nimia prole non onerari. Ergo & *Sodomia* licebit, quod horrendum dictu. Ne sim gravis castitati, DICO. QUÆDAM HORRERE NATURAM TANDAM FLAGITIA, ET EXECRARI,

quorum **RATIO DARI NON POTEST** :
 Horrere naturam *Historia* docet tot popu-
 lorum, qui flagitia illa *averfantur*, & si
 occultè patrentur, ipsa *Occultatio* flagitiè
 signum est. Et esto quosdam dari *his fla-*
gitiis immerfos. Annon etiam dantur, qui
 homicidia, furta & rapinas exercent *per-*
frictâ fronte, de quorum enormitate apud
 moratos nunquam dubitatum. *Posterius*
 in *Sicci* iterum liquet, nam *incestâs*, v. gr.
 cum allatis, farente eruditorum choro,
difficillima adducuntur *rationes*; Et pudor
 ferè *congenitus*, magna litis materies, o-
 mne hic punctum ferre solet. Quapro-
 pter Nego Consequentiam : **QUOD**
 » **DEMONSTRARI RATIONE NON**
 » **POTEST, CONTRA NATURAM**
 » **NON EST, SED CONTRA JUS**
 » **QUODDAM DIVINUM POSITIVUM**
 » **UNIVERSALE.** Rationem negationis
 colloco in loco superius allegato, Rom. I.
 Nam dicuntur *sine lege* gentes peccasse,
ἀνόμως ἡμαρτον, Rom. II, 11. tantum contra
νόμον ἡγγραφον, Pf. 14. & taliter quidem pec-
 casse, ut *ἀλήθειαν Θεοῦ ὡς ἀυλοῖς* perverterint
 mente *ἀδοκίμα ποιῶντες ὡς μὴ κατήκουσιν, ἰπικυιόσκοις*
 nihilominus *δικαίωμα τοῦ Θεοῦ*, Pf. 32. Ergo
 libidinosâ, sodomitica, &c. patrando
 committitur flagitium **IN NATURAM**
 æquè ut *κατὰ λαλιὰ φθόνη πορνεία πορνεία* &c. ibi
 vers.


vers. 29. ff. recensitis. Tantum PUDICO
Jurium Naturalium indagatori SATIS. .

8. Quare Conjugia *Spadonum, Eunuchorum, aliorumque*, naturâ, morbo, casu-
que *impotentium* nihil sunt, quàm *impu-
ra libidinis foeda consortia*, quæ ratio recta
averfatur.

9. Sed nec *Conjugii FINEM* obtinent,
qui prætextu castitatis, aut metu numero-
sæ prolis *Venere abstinent*.

HOC *DEI* nutritoris honorem violat, *IL-
LUD* *superstitionem* olet, opera naturæ
contra *DEUM* pervertentis.

10. *Menstruata* complexus Leviticâ
impuritate notatur, anathemate ferien-
dus, ut intelligerent *Hebræi*, usum *Vene-
ris inutilem & impotentem* contumeliâ
efficere *naturam*, & *NATURÆ*
sapientissimum *Auto-
rem*.



Titulus XIII.

De

Jure Conjugum, & Speciatim,

De

DIVORTIO.

I.

Diximus *Societate Conjugali* personas acquiri, sed *quales?* CONJUX & LIBERI, quorum de *Juribus* jam commentabimur. Primò observandum, *Jure Naturæ Societatem Conjugii*, non æternæ durationis, i. e. ad mortem esse, nisi *aliter pacto* cautum sit.

Ratio est, quia finis liberorum obtineri potest, quibus curatis, cessante spe ulteriori, ul-
tro cessat ipsa *Societas*, nisi continuare e-
am, ex *amicitia & dulcedine cohabitationis*
consultum videatur. Si pacto hoc inclu-
sum cautumque sit, *pacti* erit, non *conju-*
gii, continuare societatem. Utrum verò
ad *unicam v. g. suscipiendam prolem* societas
iniri queat *conjugalis*, & sic contrahi, ut
si *gravida* sit, *conjux ipsa* infantem alat,
educet, vel *masculam* patri cedat. Verbo.
ad *tempus tantum* breve vel longius, ex
con-

conditione fingendum, finiendum, &c. Licere ob *dispositionem* Juris N. cum *finis obtineatur*; Pono enim conditionem, ne *fœtus* ejusmodi pacto detrimentum capiat, dum adolescat. *Perpetua duratio obligationem* habet ex LEGE POSITIVA DEI, sed *universalis*, i. e. ex *primæva Institutione*.

2. Secundò *queritur*: Num *cohabitatio* requiratur conjugum, ut conjux maneat *sub oculis Mariti*. &c. id necessum non esse; SOCIETAS enim præcise respicit *prolem*, reliqua accidunt.

Sic *Philippus & Maria* erant conjuges, ille *Hispaniarum*, hæc *Anglia Moderator*.

3. Itaneque tertiò *Communio bonorum* requiritur, nec ut *maritus imperium* gerat in uxorem.

Juris Crus *æquitate* constituit, quod reddendam conjugi dotem statueret, cum *usu, fructu potitus* maritus, uxorem aleret. Jus N. necessitas nulla urget, ut *communia habeant bona, qui corpora*, utut corpora fortunæ sequantur. Exceptio manifesta datur in regnis, quæ *non communicantur*. Sæltim non semper, nec ex necessitate. Sic de hæreditatibus cernendis, dote constituendâ & reddendâ, Juris sunt *Civilis*, & si in statu N. obtineant, ex pacto libero est,

non naturâ exigente ipsius conjugii; *Alenda* tantum proli studendum erit, quam pessundari jus naturale nolle. Ratio, quia finis conjugii non tantum concideret, sed & infanti *atrox injuria* fieret, qui parentum culpâ interiret,

4. *Excellentior* quidem mariti natura, sed & *facmina imperii* capax, quod non tam à robore pendet, quam prudentiâ, quam *foeminæ* possident cum viris.

Quod verò *subjiciantur* viro, non tam ex indigentia sexus frequenti ortum est, sed *Lege pœnali Positiva*, quæ mulierem indolem imperiosam acerbè satis repressit. Si aliter textus *Ebraus*, ut potest, explicetur, *prescriptione juris* mares gaudebunt, inter *Christianos*. Nam natura hæc ignorat.

5. Hoc tamen *quartò* sollicitè tenendum est, quod *Maritus alere* uxorem & *zueri* teneatur, idque non tam ex conjugii natura, quam conjugis conditione, cum aliàs finis prolificationis attingi nequeat.

Accidit enim, quod *Conjux* Mariti alimento & custodiâ indigeat, sæpius *versam vicem* videmus.

6. Quæ

6. Quæritur etiam, an *Maritus* habeat *Jus correctionis* in *Conjugem*, an verò sint *aquali fœdero* juncti. Respondeo, *Uxorem* in *statu Naturali*, ut liberam parremque masculis considerari, nihilque cedere marito, *citra ordinem finemque* conjugii ad habendam prolem, nisi *quod ipsa velit*.

Cæterum si amplietur *Controversia* status; An si finem prolis impediatur *petulantia*, *averuncatione*, *procuracione* abortus, an corrigi, *plecti* visâ queat. *¶* Si pater sit *invidiosus*, *sus juris*, quid nî hoc possit? *Violavit* enim *uxor* *jus suum*, turpi facinore. Sic si *Superioritas* ab *uxore* concessa non sit, habet *Jus ex Hostilitate*, velut in *parente*, sed *perfidum*. In *Civitate* *Magistratus* curam gerit *delictorum eminentium*, relictis minoribus *patientia* mariti, & *prudenti correctioni*, cum à *vitiorum præcipitio* *avocare* sit *amicorum*, sit *omnium hominum*, *quidni Mariti*?

7. *Divortium* *ruptura* est *conjugii*, *solutis* partibus, potestate mariti facta, vel *utriusque libero consensu*, Hoc modo differt à *malitiosa desertione* & *dissolutione*

U 5

per

per mortem. Hujus emergens casus *factus* est, illius *nequitia* illiberalis, nullamque juris speciem habens. Circa adulterium *casus est definitus*, tum in Scriptura, tum Jure N. quod *amius partis perfidia* pactum solvatur.

Apud Judæos divortium in usu erat, *Divina Lege circumscriptum*, & ritibus instructum: de quo *Seldenus & Interpretes*. Ex quo colligitur, *divortium non violare Jus N. nec DEUS in illo dispensat*, ut *permitteret*, quod *istud vetaret*, contrarium fit, & licet, ut *tibi permissa* prohibeantur *Lege Divina*. Quapropter uti dictum, de *Conjugii Essentia* non est, *duratio ad mortem*. Institutione quidem *Divina sed positiva* primitus intendebatur cum *unitate pactum constans* conjugii, quam insuper haberi passus est *DEUS lapsu temporum, evitando majore malo*, cum Judæi essent, *κακόζηλοι*, & qui *fastidium conjugis* facilius homicidio cumulaissent. Quam institutionem Christus revocavit, & *justissime*. Nam *Jus Naturæ inconsultum* iudicat & *virtuti adversum*, si *leviuscula ex causa*, ut *Judæis quidem in more erat positum, nobilissima statim Societas* dirumpere.

8. Quomodo vero *Maritis* id uni-

unicè concessum erat apud Judæos, ut *uxores* dimitterent, ita Jus Naturæ non vetat, quin etiam *uxores marito* nuncium mittere possint.

Casu, nisi ex pacto voluntario, in Mariti plenam potestatem concesserint.

9. Tandem quod Societas sit conjugum *proli intentum*, vagæ extra conjugum *libidines* prohibentur, etsi fortasse promiscua illa Venere Soboles quærantur.

Ratio est, quia *prurigini* Vasa generationis dicata non sunt. Hoc quivis intelligit, id, quo homo fieri potest & debet, temerè per *curiosum* quod utique vitium est, *dislapidari*. Et rarè quis adeo studiosè stultus est, ut à *prostibulis* sobolem quærat, utpote incertam, nec bene *nutriendam* aut *educandam*.

Titulus XIV.

De

Gradibus Consanguinitatis, & de Polygamia.

I. GRA.

I.

GRADUS sunt *distantiæ* à communi stipite, quæ númerantur vel *transseundo* per caput stipitis, vel *terminando*. Unum *Canonica*, alterum *Civilis* est computationis; **LINEÆ** autem vel *æquales* sunt vel *inequales*. Hinc computatio *transversim* instituta nomenclaturam accipit, ut differre dicantur personæ certis gradibus, *equaliter & inæqualiter*.

Qua de re **J**Cri & *Theologi* in loco de Matrimonio, quæ repetere non est opus.

2. *Difficultas primaria* in hoc versatur, **QUOUSQUE** stipitem communem *nativitatis attingere* liceat, tum *collateraliter*, tum *perpendiculariter*.

Habemus quidem *tabulam* prohibitorum, *Lev. XVIII.* tot commentationibus vexatissimam; Verùm *sub Judæe* lis est, an singulæ, an quædam sint contra *Jus Naturæ*, vel *Legem Positivam Unversalem*, imò & *Forenses*, sive *Judaico-Civilem*. Distinctionem, quam afferunt in *Jus primarium Naturæ & secundarium*, non admittimus. Nam si semel licet *serorem* asciscere connubio, *semper licet*. Quæ jure naturæ prohiben-

hibentur, *intrinsicam* habent *turpitudinem*, nullo casu excusandam. Et quæ *excusationem* habent, indicio est, contra Jus N. *præceptivum* non esse.

3. In *PERPENDICULARI* Ordine prohibentur connubia in *infinitum*, ita *Avus* neptim, *nepos* aviam, & sic porro-tenus, matrimonio sibi jungere non potest.

Ita si *Adamus* in mundum veniret, nullam uxorem ducere posset. Cedo vero rationes, cur hoc fieri nequeat? *Alii* dicunt, *disparitatem ætatis* in causa esse, *alii* *reverentiam* & *pudorem*, *alii* *sanguinis identitatem*, *alii* *confusionem nominum* & *stemmatum*. At quæso, quæ *imbecillos* hæc videri possunt rationes ad *probandam Veritatem* tantæ dignitatis? Quid *primum*? annon hodie *Salicernia* ducunt juvenculas. Quid *reverentia*? quam non tollere actus legitimos certum est, v. gr. *Judicium filii in patrem*. Et *reverentia* non laeditur matrimonio, veluti nec illa conjugis erga maritum, vel concubinæ erga *Dominum*, *Agaris* erga *Abrahamum*. Quid *pudor*? *Casti* conjuges pudore suffunduntur, *Anne* igitur *Venerem illicitam* dicemus. Quid *sanguinis IDENTITAS*? Certe *Eva* *Adami* de corpore sumpta fuit, & plus *sola* habuit *sanguinis Adami*, quàm omnes

omnes hodie ejus nepotes simul sumpti. Nec tamen *matrimonium* flagitio aspersum erat; Atque *posito* rationem valere in proximis, filio filiâve, non valeret in remotioribus, nepote, ab nepote. Quid stemmatum CONFUSIO? Nil nocet hoc Societati humanæ. Ita verum experimur, quod ὁ παῖς Grotius dixit Lib. II. c. v. ff. 12. » De Conjugiis eorum, qui sanguine » ne aut affinitate junguntur, satis gravis est » questio, & non raro magnis motibus agitata. Nam causas certas & naturales, cur » talia conjugia ita aut legibus aut moribus » vetantur, illicita sint, assignare qui voluerit, experiendo distet, quam difficile id sit, » Imo PRÆSTARI NON POSSIT. Unde etiam Grotii ratio ex Hebrais & Maimonide desumpta pari imbecillitate laborat, nec ad tanti juris dignitatem sufficienti probatione accedit, quando ait ff. 13. Id inde proficisci, quod filii & nepotes in contubernio matrum & aviarum plerumque versentur. Hinc adulteriis & scortatoriz consuetudini occasionem periculosam fore, siquidem *justa matrimonia* fiscum contrahere liceret.

4. OPTIMA, licet non stringens ratio desumi posse videtur à communi conversatione, quatenus talia connubia horrorem incutiunt.

Esto

Esto enim quosdam **APPETUISSE** *Venerem* illam, exceptio unius casus non tollit *veritatem*, nam & homicidia patrantur; quæ tamen nemo non horret. At annon *publica execratio* gentium moratorum secuta est tales incestus, ut Pagani modestiores ne in *fove* quidem *suo* tales concubitus tolerarent. Cæterum ad sacram anchoram confugere liceat, de qua Tit. 12. super. *Aliqua contra naturam esse, quæ DEMONSTRARI luculentius non possunt.* Alias si contra *legem positivam* militaret tale facinus, permillum foret, ut polygamia, divortium, quod tamen non legimus.

5. Ita *pari ratione* prohibentur conjugatorum, qui **PARENTUM** loco sunt, ut Amita, patruus, vel liberorum, ut sororum fratrumque liberi. Verum à *Jure Positivo* hæc talia fluunt, licet *Universali*.

Vide tamen *Grotium* l. c. ff. 14. Statim ab initio, quæ longius amoveantur, à moribus *gentium* & Civitate modum accipiunt, *Consanguinitas baptismalis* pro figmento habetur, utpote oriundo ex Canonibus.

6. In **COLLATERALI** *computo*, primoque ejus gradu, [sit venia verbo, nam pro-

propriè idem sunt, gradum *consanguinitatis* generatio constituit,] sorores fratresque occurrunt, quorum prohibita nuptiæ, uterini sint, vel germani, veluti nec pater *filiam naturalem* ducere potest *eadem ex causa.*

Etiam *naturales*, Nam *Jure Natura* pari loco habentur, si de patre constet; Verùm hic iterum *aqua haret* ad manifestandam rationem. *Optima* videtur, si dixeris, naturam velle, ut *stipites palmites diffundantur*, nec in nodum colligantur. Nam & plantæ amant ramos *secretos invicem* fructus ferre. Acqui si fratres iterum coalescerent, *stipites multiplicarentur non palmites.* Adderem & hoc, quod *eodem sanguine creti*, eandem indolem & sæpe *vultus* ferant, at interest Societatis, *varietatem ingeniorum* nasci, quod certius utique fieri amat, quo *remotius conjugia* quaeruntur. Quam *ratiunculam* nemini obtrudo, Memor dicti *Grotiani*: *Utilius non semper esse justius & vicissim.* De cætero patruehium consobrinorumque conjugia à *Jure Voluntari* mutari & vetari posse, nihil attinet monuisse. Rectè fit, si honori generis humani & ornamento consulatur, prohibita conjugiorum nimia libertate.

7. De AFFINITATE par Difficultas, quæ ex conjugio oritur. Sic primo gradu perpendiculari connubia prohibentur, v. gr. Socrus, privigna, & sic in infinitum.

Idque naturali, uti videtur, ratione. Conjuges enim fiunt una caro, sicque affines *xiiv* induunt parentum & liberorum, sed unitatem illam carnis, quatenus præter affectum amoris, Jus in corpus, & consuetudinem Maritalem aliquid significat, Natura sibi relicta non capit. Secundus gradus à primo perpendiculari, sed collateralis prohibetur, consilio naturæ & præcepto voluntario *παρανομία*, v. gr. Socrus, soror, privigni uxor, non ducuntur, quia soror socrus idem est cum soero, adeoque nec propriè gradum constituit. Sic de Socrus Majoris atinentibus primo gradu collaterali, & privigni minoris atinentiis in primo gradu. Sicque in infinitum. At si latius spargatur Affinitas, LICET. Vid. clarior Schem. II. sub calcem libelli annexum.

OBSERVATIO circa terminos.

Collaterale duplex datur, unum simpliciter, alterum medianse, perpendiculari scilicet. Simpliciter tale à sorore & fratre incipit,

cipit, quarum liberi & conjugès gradum con-
 stituunt primum cum consanguinitatis, tum
 affinitatis, & sic porro : Collaterale media-
 sum est, ubi gradus unus vel plures perpen-
 dicularis scalæ intercedunt ; v. gr. Patruus,
 mediante patre, Propatruus, mediante avo,
 Patruus conjux. Verum mediante filio, ne-
 pote, constituitur NB. collateralis AFFINI-
 TAS, per uxores, non Consanguinitas. Ite-
 rum secundò aliud Collaterale meram affi-
 nitatem constituit, aliud etiam Consanguini-
 tatem. Posterioris exemplum jam allega-
 tum est numero anteced. quod oritur ex foro-
 rio liberorum nexu. Prioris fundamentum
 est in Conjugio singulorum, eoque vel primo,
 vel repetito. Ex PRIMO plane fluunt o-
 mnia. Sic uxoris pater, patruus, avus, soro-
 res, fratres, fratrum sororumque liberi, mei
 sunt affines, 101 gradibus, quot personarum
 nexibus & Distantiis. REPETITO tum
 conjugis, tum affinium. Hoc non auget gra-
 dus, v. gr. Si Lothus centum uxores duxisset,
 singula Abrahamum attinuisent primo gra-
 du. Sed conjugis ex anteriori conjugio liberi
 affines sunt primo gradu, liberorumque instar
 habent.

Quod si vero receptis terminis uti mave-
 lis, hæc habe. Quod alia linea sit descendens
 & ascen-

& ascendens, alia transversalis. Quæ computantur tam in generationibus, tum affinitatibus; ibi quot personæ generatæ, tot gradus; hic quotidem connexæ personæ cum conjugatorum pari, habito invicem respectu, ut qui unius sunt consanguinei, conjugis sint affines, & quoto gradu distent sanguine, eodem distent affinitate, v. gr. mater & filia mihi nupta, distant uno gradu consanguinitatis in linea ascendente, & filia soboles, meus privignus uno gradu linea descendente; Ergo socrus & privignus distant à me uno gradu affinitatis.

Alias cum tria genera affinitatis numerentur, primum maxime valet, & pondus habet, nempe Affinitas per cognatos meos. Et vulgo prohibentur, ut in Consanguinitate primus gradus & secundus linea inæqualis, ita pariter in affinitate. Reliqui gradus in censum non veniunt. Sed satis: DE JURE NATURÆ hoc habe brevissimis.

1. In linea perpendiculari Consanguinitatès prohiberi in infinitum.

2. In linea perpendiculari Affinitatis in infinitum; Quia liberorum parentumque vices habent.

3. In linea collateralis simpliciter prohibentur liberi germani vel uterini, non tamen

independens affinitas transversalis primo gradu, v. gr. Sororius, fratria, qua sublato Levitatu apud Christianos vetatur, minime vero sororii fratriæve fratres & sorores, quorum connubia etiam iure Civili licent. Et sic remotiori gradu; & consanguinitas descendens fratris sororisve in infinitum. Nam nec sororis filiam licet ducere, nec neptem, vel abneptem.

4. In linea collateralis MEDIATA interveniente perpendiculari, à me orta prohibetur primus gradus (vel quasi-gradus) à gradu perpendiculari. Sic patris, avi, atavi, sorores, fratres, qui distant à me uno tantum gradu, si perpendiculum omittam vel contraham, quandoquidem etiam avus atavus patris indolem habet, cujus soror idem cum fratre, qui fictione juris uno tantum gradu à me tanquam filio distat. Descendendo perpendiculariter, non datur quidem collateralis consanguinitas, (nam v. gr. filii frater nepotis fratres, sunt nepos & filius, nil mutant nomen,) datur tamen affinitas & illa prohibetur primo gradu à linea perpendiculari. Sic mihi avo non licet ducere viduam nepotis, vel filii nurum, & sic nec abnepotis; Ratio, quia parentum & filiorum relationem habent, ut numero 2, dictum.

5. *Deriq; in affinitatibus computandis primus gradus consanguinitatis in uno, est primus gradus affinitatis in altero; qui si ascendans vel descendans, pro primo & quidem prohibito gradu semper habetur, ut pater, avus, atavus; Conjugis, mariti Socer, pro-Socer. Si hisce sanguinis vel conjugii accedat unio, PROPRIE NON AUGETUR GRADUS, licet pro secundo à linea perpendiculari habeatur, ut modo dictum.*

„ Nota (1) fratres & sorores non differunt gradu. (2) Affinitas dicitur respectu conjugatorum. Sic Socer est affinis mediante conjuge. Socer & consocer, ut & comprivigni, non sunt affines, nam alterum correlatorum affinitatis debet esse conjux. (3) Ipsi conjuges nec consanguinei sunt, nec affines, sed una caro.

8. QUÆRITUR an liceat ducere duas sorores? quod triplicem nodum habet, an successive an simultanee, an vicissim ob paritatem gradus una uxor duos fratres simul & successive habere possit.

1. Prima duo licere vi juris Naturalis, ad

Tertium rehero, uxorem non quidem si-

mul, sed successive *fratres* in matrimonio habere posse.

Probo singula. (a) *Duas sorores SIMUL* habere licet, si probatum sit, an *successive*? Nam *Polygamia Uxoriam* non vetatur à Jure Naturæ, ut mox videbitur. Sed (b) *successive* licet ducere, quoniam ratio nihil dicitur *impedimenti*, non pudor, non horror ad est. At ais: Sunt unum quid sorores, nec enim *proprie distant gradu*; Ergò si unam habueris, alteram habere non licet. *¶. Invertendo argumentum*, quod, quæ unum sunt, nec gradu differunt, noxam non contineant. Quid si *utramque simul* duceres? neutra te gradum distaret, *conjuges enim gradu non distant*. Regeris. Etiam *fratres sororesve* se ducerent, quia gradu non distant. *Repono* disparem esse consanguinitatis & conjugii rationem, Sic *unitas fratrum sororumve*, ut gradum prohibitionis fundat, ex una parte, ex altera *licentiam* dat, &c. v. gr. *Fratriam ducere non licet*, quia distat à me primo gradu *affinitatis*, cum *fratria* idem est *soror*, quam ducere licet. Quin uxor plures fratres habere possit successive, *Keviratus* docet. Sed an simul? *Nego*. Quia uxorem plures maritos habere non licet *SIMPLICITER*, Ergo nec *plures fratres*. *Probo* antecedens, quia ejusmodi *Consortium*, quam *Polygamiam maritalem* vocares, dire-

directe finem conjugii evertit. Prolem, ejusque salutem, semine enim, si commisceantur, à pluribus corrumpuntur; Et cujus esset proles, an *solius Matris*, vel cui offerret. *Absonum*. Unus vir plures foeminas quidem gravidas reddere potest, sed plures mariti *abundant*. Sed natura nihil superfluum & frustraneum, ne dicam, *noxium*, intendit: Quo nomine etiam *publicatio corporis* rejicitur, velut adversa naturæ.

9. An divortio *libera* vel propter adulterium *dimissa* revocari in conjugium possit, vel *immediatè* subortâ facti poenitentia, vel post intervallum aliûs *interjecti conjugii*, quæri potest? LICET Jure N.

Nam *pacta dissoluta* revocari possunt. Verùm quoddam ludibrio exponerentur conjugia, nobilissimus contractus, si revellere, repetere liceret *pro lubitu*, rectè post intervallum prior casus non permittitur, *Laudè* tamen ducitur, si lapsa per adulterium retineatur, quod tamen alii secus arbitrantur. Et postquam *divortium sine causa* vis nulla inest, revocato veteri instituto, manet *vinculum dimissæ*, ut propterea matrimonium interjectum, utur ritè celebratum, *pro Nullo* declaretur, cum ex jure positivo *Universali*

versalis restituto plures habere uxores non liceat.

10. An ne verò propinquitatis gradus est dispensabilis? Repono, utique in illis, qui jure humano inventi sunt, licet equitate & consilio Juris N. fortean nitantur, Minimè verò in iis, quos natura horret, vel Jus positivum Universale introduxit. Secus quæ Jus civile, ut adoptatio, nam ibi pro filiis habentur, qui non sunt.

Observa I. Aliud esse prohiberi, aliud factum rescindi. Patet in donatione prodigi, quæ valida, etsi contrà jus sit. Ità prohibiti civiliter gradus vetant quidem conjugium, factum non dirimunt, quod etiam de clandestino dixerim, à puberibus inito, Regnabit enim favor status naturalis, qui mero consensu *à longinquitate* celebrato connubia contrahit, quare nostro jure nec parentum consensus requiritur, tali cum effectu, ut factum conjugium, quacunque sit dissentienti ratio, dissolvatur. Nam aliàs utique æquitas postulat & gratitudo, ne familia exeat filius invito patre. Obligatio tamen rigidi juris non adest, nam impuber uxorem non ducit, pubes factus jam patris naturaliter par est. (2) Matrimonia contrà

contra naturam celebrata nulla sunt, v. gr. Uxor aliena, vel Mater; Illud fundamentum vellicat Societatis, quod pactorum firmitate nititur, Nec quod alius est meum fieri potest introducto dominio; reliqua vetantur a conversatione naturæ, cui nihil adversum imperari aut permitti potest. (3) Jure positivo divortia desierunt sine causa, & Polygamia licentia. Utrinque homines in negotio Divini juris licet Positivi, sine mandato & expressa Voluntate Legislatoris dispensare non possunt.

Titulus XV.

De

Jure parentum in Liberos.

I.

JUS hoc spectari potest, quoad *fundamentum, criterion, subjectum, objectum.* **FUNDAMENTUM** assero consistere in *Identitate Morali*, parentis cum prole. Nam cum proles *rationis impas*, alieno egeat ministerio, inq; *fructus sit conjugii*, rectè dicitur, regiminis **fundamen-**

X 5

damen-

damentum & juris in prolem, illo tubicine fulciri.

Quapropter in potestate sunt liberi, subjacent eorum regimini & imperio, cum ipsorum *imperfecta voluntas* perfectâ contineatur, nec sibi quicquam agere censentur, sed *alieno motu & commodo*. Alieno motu, sunt enim, quasi causæ naturales ob absentem, vel debilem *rationem*: Alieno *commodo*: Propriam enim *personam & voluntatem* non constituunt, saltem æstimo morali.

2. Quamprimùm verò *adolefcunt* infantes ad maturam rationem & ætatem, *pares* existunt parentibus nullique *Jurisdictioni* *ἰσὸδομοι*, ut ut tempus *Maturitatis* jure Naturæ definitum non sit.

Sed *lege Civili*, variarum gentium. *Sapienter* id factum ad dirimendas lites, quæ inter *patrem & filias* oriri possent; variant enim *ingenia*, & apud nonnullos *malitia supplet ætatem*. Apud Romanos vigeat *Emancipatio solemnis*.

3. *Ἐπιπρεια* se exerit, *regendo, corrigendo*, minime verò ad *Ius Vitæ & necis*.

Nex irrogatur infanti, vel averruncando *partum*, vel enim *exponendo*, vel *castigando* sive *puniendo*. Hos casus *malitia, necessitas*

fitas, delictum moderari solet. Videamus singula.

4. Non LICET averruncare partum, quoniam hoc est *contra finem* conjugii, & quod *vivit*, pari nobiscum jure gaudet, ne illi *eripiatur vita* citrà necessitatem.

ALS, at infans est *pars matris*, Ergò destruere licet. *Ex. Neque consequentiam, partim ex eo, quia pars matris est, quæ accrevit ob finem futuri partus & educationis, non libidinis gratiâ aut casu; partim ex eo, quia nec in membra licet, quod volumus. Ergò infans eodem privilegio gaudeat; partim ex eo, quia infans est Dominus vite suæ, suppositum distinctum, licet ob imperfectionem nec dominio uti, nec ut suppositum juribus suis defungi possit, aut moraliter de fungi posse censeatur. In quo differentia sita est Infantis à membro alio. Nec obest dictis, quòd Mater conjugii fines non semper respiciat; debebat enim ex intentione nature & creatoris, Distingue inter intentionem operis & operantis. Operans sæpè libidinem respicit, minimè OPUS, sed sui perfectionem, maturitatem & cum reliquis hominibus paritatem. Cæterum quod Hypothesis incerta est, an Anima rationalis organico corpori infundatur, an statim fit in concepta fœtus masculinæ*

sã licet *informis*, datur aliquid *conniventia*, ne puniantur abortum ejusmodi procurantes *supplicio homicidis*, quandoquidem *in foro* nondum est *homo Embryo informis*; saltem si *formatus* sit, *casus averruncationis* mille dantur, quæ *Judex à studio expresso* discernere non valet. Aliàs *Homicida* est, qui perdit id, quod *substantiã jam homo est*, licet nondum *perfectio*ne.

5. EXPONERE non licet *liberos*, quamvis *informes*, vel alio modo *extinguere*.

Repugnat enim *fini* à *Conditore* intento nec *marrimonia* ineuntur, hoc modo, *Volo liberos tollere*, qui *placent*, *alios necare*. Itã cum *catulis canum* agitur, ut *meliores serventur*, *reliqui abjiciantur*. Et ut dixi, *Infans est Dominus vita*, & post *nativitate* *suppositum* *sejunctum* à *matre*. **AIS.** Quomodo igitur est in *potestate*, si *infans Dominus* vocatur. Est quidem *de facto* & *de jure* respectu *reliquorum omnium*, *d. de facto* tantum respectu *juris vita* eamque *conservandi*. Sic etiam *tutela* est *potestas* in *capite libero*, cui tamen *dominium* non *competit*, sed *dominii administratio*, sic & *infans* & *Tutor eãdem personã* & *eãdem vi agere* censeantur.

6. An verò *ob delictum* *necari* queat *filius*, *quæri* solet; & *Patriæ potestati* *quã*

quò tali jus illud connexum non est, sed Dominio familiæ, quod Imperio assimilatur, casu patrem esse ἀνομιύδουον.

Proboprimum, quia infans tamdiu est in potestate patris, quamdiu usum rationis non habet. Quamprimum habet, potestas expirat. Ac delicti natura exigit, ut sit liberum, & ex intellectu sufficiente. Ergo potestas non datur PUNIENDI in patre, quia non est completum delictum in filio, qui castigari solet, regi, non occidi, ut & bruta rationis incapacia non punimus, sed occidimus. Quod si scandalum mali exempli metueretur, supponitur jam familia satis effusa frequentia, & quæ Societatis speciem habet, & tunc pater ager ex officio judicis sive reguli. Si filius sit in familia adhuc, & malitiâ expleverit ætatem, tunc agit velut in subditum, naturâ parem. Dico, si malitiâ expleverit ætatem, à qua solum metuitur exemplum. Quomodo enim malum Exemplum audiret, quod ne quidem delictum est, nisi in materia.

7. Subjectum proximum Juris patrii est MATER, de facto, uterque parens de jure.

Nota (1) quod mater filium primo statim habeat in potestate, tunc quando gestat, tunc quando parit, idque maximè si absit pater,

pater, vel ignoretur. Sed (2) *Jure ad utrumque* pertinet, Nec enim sola produxit mater infantem. Sed etiam pater, commixti que seminis *id peculium est*, nolite velique pater. Spectatur enim *Institutio Creatoris* in actu nobilissimo, qualis consuetudo maritalis. Verum etiam (3) si *Jus* spectes, excellentiam habet pater præ matre, quod sit principium *virum* & existentie, & per ipsum *Jus* se validius exercere queat.

8. OBJECTUM juris patrii jure *N.* non extenditur *ad nepotes* nisi ex *equitate*, si personæ mediæ interciderint.

Probat. Quia filius est liber, patrique par, ideoque suos liberos in potestate ipsemet habet, *non alius*. Quod vero potestas revolvatur ad *avum*, inde est, quod *generasse concipiatur* nepotes, qui sanguinis sui sunt *reliqua*, licet *mediato descensu*. Si *ma-*vis, dic potestatem in *liberos vacuam* occupari posse, sed ex præsumpta morientium voluntate, tantum ab Eo, qui sanguinis sui *potiorem curam* gesturus est.

9. In *adoptivos* par jus exercetur, velut in *genuinos & naturales*, Verum cum ipsa adoptio sit *juris voluntarii*, subjectionis magis speciem habet vel *Tutelæ*, ad
patriæ

patriæ charitatis morem institutæ, quàm *filiationis*, cujus *jura* habet, non *naturam*.

Esto dari quid simile extra Civitatem posse, *Pacti* cujusdam intervenientis ope, *jura* *filiationis* firmabuntur, quæ in vera nati-
vitate à scopo conjugii vim accipiunt, & perfectionem. Haftenus *de jure*, *de officiis* infra.

Titulus XVI.

De

Acquisitione personarum per Imperium.

I.

IMPERIUM est *vis moralis*, propter quam alii ad Voluntatem ejus qui imperare dicitur, *componuntur*. Est *vis* adeoque potestas, quâ alter, si imperata facere nolit, *cogi potest*.

Utut coactio sese non semper exerat vel exere possit, *vis* tamen requiritur, aliàs vanum foret *sine visibus imperium*, si obsequia retractarii detrectarent, præsertim ii, qui
con-

conscientiæ iussa contemnunt, à quâ obsequii necessitas *ingens pondus* accipere solet.

2. EST VIS MORALIS vario respectu, *partim* quia non solum potentiae *eminentia* absolvitur, sed & *jure* [vel verum sit vel prætensum] *partim* quia vis coactiva non physico robore semper continetur, sed *mutuo societatis nexu*, *partim* quia obligationem conscientiae inducit ad parendum, nec *solum* potentiae *metum*.

Quod sola *cogendi potentia* non sufficiat, ex inconvenienti manifesto concluditur, dum *robustior imbecilliori* naturaliter impetit, & qui obsequeretur, nullâ causâ, si *modo valeret*, imperium superioris *salvo jure* excuteret, quod *contra Hobbesii* principia notandum, qui omnia jura tam sacra quam profana ab *imperio suspendit*, Imperium à *potentia*. Nexus societatis in Civitatibus apparet, ubi unus homuncio tot *myriadibus* imperat, nullâ vi aliâ quam quod tacito pacto vel aperto *patientiam imperii* regnato condixerint. Obligatio parendi interior, si *jure desit*, nec *imperium* erit, quod Jus est.

3. Im-

3. Imperium non ineptè distinguitur in *verum & Metaphoricum*. **ILLUD** acquisita habet definitionis, **HOC** specie tantum imponit.

Sic imperium in *victos*, si sola vis nihilque aliud adfuerit, ex quo parendi obligatio oriatur, captivitas est & *injuria*, ob interceptam libertatem naturæ, sine facto meo. Ex quo colligis, nec in corpus vel membra nostra propriè imperium esse, cum *Ego & membra* non sint termini capaces mutæ obligationis. Nemo enim sibi ipsi obligatur, quod nemo sibi sit superior.

4. Imperium *verum* ex **PACTO** ortum habet. Quod vel *tacitum* est vel *expressum*; **TACITUM** præsumitur ex *Voluntate gentium* vel *naturæ indigentia*. **EXPRESSUM** sermone vel facto concipitur, dum *factum sermoni* æqui pollet, ut qui stipulationi annuat.

5. Imperium ex *pactō tacito gentium* est. Illud in captivos jure belli. *Patetumque* præsumitur ex *consilio salutari gentium*. Ut sanguini parceretur, servitia introduxere.

Nota (1) Jus belli requiritur, non *latrocinium*, Latronum captivi, nisi pactum expressum accesserit, nullo *vinculo partitionis* obstringuntur, sed *lala vi & metu*. Jus inquam, belli, ut bellum non tantum justum sit, & videri possit ex *περοφάροι* vel *αίτιαι*, *latrim* ex una parte, sed etiam si *legitimos solemnibus* inchoatum paratumq; fuerit. Fator tamen in statu N. idem valere, ubi *solemnia* desunt. (2) Jure belli *hostis caditur*. Quod si captivus nullo vinculo praeter *metum* teneretur, molesta foret *victori* & incuta captivitas servi, & per consequens, plus sanguinis hostilis funderetur, caelis, qui ad *servitia* servari poterant. Unde velut *beneficis loco* introductum est, ut qui vitæ, tanto bono, pepercisset, *justum dominium* haberet, cum obligatione non *externâ* tantum, sed & *internâ*. Vid. paulo aliter sentientem *Grotium* lib. III. c. 7. & 8. (3) De *servitiis certo modo* ablati inter Christianos *vid. infra*.

6. Imperium ex *pactio tacito* naturæ, OB INDIGENTIAM eruitur, si *beneficium sit imperio* subjici; v. gr. Filius familias, dum hæserit in familiâ patris, Subditi Tyranno, Principi illegitimo.

Obs. (1) exemplum proles minus rectè extendi ad annos immaturæ ætatis, cum enim ut *tit. 15. anteced.* dictum est, pars paren-

rentum censentur, sicque *ἀναλίγως* imperium exercetur, velut animi in membra. Sin verò quis uti veliè argumento *taciti pacti* inter parentes & liberos, non refragabimur. (2) Si quis liberam rem publicam invaserit, tùm *tacito pacto* coaluisse subditum regente censentur, dum beneficium erit pati *injustum Dominum*, quàm ancipiti medio ipsum amoliri. 3. Non minus servos natos h. e. fungos hominum, prudentiæ regentis suo commodo subjici consultius, quàm solutos *tegi bus* vagari & pessundari.

7. EXPRESSO PACTO initur imperium, *vel* si tacito accesserit, *vel* secus. *Illo modo* servitia in justum imperium assurgunt, ut jam non victi sint, sed *ci- ves*. Hoc libera capita vel societatis, caput sibi eligunt, *duraturo imperio* *vel* in personâ duntaxat *vel* in familiâ, *vel* illimitato, prout PACTI tenor tulerit.

De his vide *Grotium* lib. 1. cap. 3. & 4. *ἐξ ἄλλοις* ad Jus publicum universale pertinet, non *summa* quæ explicamus, *principia*.

8. Imperium quæritur aut PRIVATIM aut PUBLICE. *Privatim* ad ducto

Y 2

ducto famulatio, sine quo domus subsistere difficulter potest.

Famulos asciscimus, vel ut mancipia bello capta, vel pacto, idque cum moderatis servitiis, certo more & mensurâ, cum sine exceptione, vel ad tempus, diem, horam, aut perpetim, vel pro mercede vel nullo; Servorum jura fuse explicat Jus Romanum, ut & illud libertorum, Libertinorum. Jure Naturæ talia non præscribuntur, sed à pacto pendent, quousq; se quis addicere velit alterius servitio, idque ut dixi, pacto gentium, cui varii mores accedunt, à Romano Jure ponderati, permitti, correcti, vel proprio singulorum. Naturâ enim nascimur æquales. De liberis plura non addimus.

9. **PUBLICÈ** quæritur Imperium tum pace tum bello, & utriusque juri-
bus.

Sciendum, quid per 1^o Publice intelligam. PUBLICUM idem quod Populicum, h. e. manifestum, apertum, in populo factum. Hic quæritur de actu, qui est publicus, VEL quod ipse sit apertus & manifestus, quemadmodum si aperto Marte corona ambiatur & missionibus splendidis: VEL quod à personis publicis oriatur, quales personæ compositæ ex populis, summi imperantes, vel quod à privatis in populis quærat regimen. Adpello privatos, qui im-

imperantium quidem sanguine creti, ipsi non imperarunt, vel quosvis alios.

10. *Belli jure* quæritur Imperium *ex delicto*. Si populus v. gr. in alium regem facinore quodam consurrexerit, quod *belli vindiciis* indigeat, jure hostilitatis in eum agitur, victusque ex pacto *tacito* subigitur.

Hic *sexcentis moderaminibus* ansa datur, ne violetur *Jus*, quæ exequi longum foret. *Rigido* quidem *Jure* inter singulos minima offensio *Jus* dat hostile, quod supra vidimus, sed tamen cum *exceptione humanitatis & æquitatis*, quæ cum ex minimis sæpe circumstantiis variet, haud difficulter colligitur, in varias moderationes *jus belli in populum* patere; *partim*, quia populus ab imperantium facinore non semper participat, ut nec imperans à populi, vel facti ipso vel jure facti; *partim*, quia totus populus raro consentit in factum indignius, ne quidem una urbs, curia, aula; *partim*, quia in populo, licet Democraticè sociato, *tot capita* reperiuntur, qui reipubl. nullam curam gerunt, nec gerere possunt, ut mulieres, infantes. At *furori propinquum* est, ob unius paucorumve hominum proterviam innocentissimos luerre. Quod quidem à nato orbe semper in usu fuit. *Ass.* Populi voluntas est Regis

voluntas, vel Senatus. E. rectè illius actiones tali populo imputantur. ¶. Utrique in causis justis & bonis. Quis vero Civis permisit facultatem, ut compromittat in alterius facinora, & si petulanter, stultè, injustè egerit imperans, ipse caput suum devoveat? Hoc quicquid est principii, licet vulgatis, fontem redolet Atheismi, omnia jura Divina & Naturalia subruentis. Ad exempla Scripturæ, magnosque bellatores frustra provocatur. Nam nisi DEO Auctore ad puniendos populos tales ausus susceperint duces, in fermento peccati jacebunt. Et aliud est jure DEI punientis, aliud jure belli facere, quod hodie, pro dolor! magnis terrarum latrociniis præceditur.

II. PACE quæritur imperium *justis suffragiis*, si derelictum sit, vel *successione*. DERELICTUM dicitur, quoties cunque ad Civitatem *jus eligendi* revolvitur, quod fit tum *ordinariè* in Regnis electiis, tum *Extraordinariè*, si familia regnatricis defierit, nullo aliorum jure, ob *populi Reservatum*. Unde etiam *Jus successio- nis DUPLEX* observandum, Aliud in regnis *patrimonialibus*, quæ *Dominia* sunt

sunt in Cives *ut servos*. [frustrà enim paterno & liberorum nomine hic blandiuntur *οι κόλαχες κόραχες*.] Ubi succeditur, velut in bona defunctorum hæredes jure proximi. Aliud in *limitatis*, ubi pacto PRIMIGENIO populi standum erit.

12. Imperia omnia *primitus* ex PACTO orta sunt, talique quod à Libertate naturali *proxime abesset*, postmodum *vi* imperantium, *tolerantia* Civium & pacto vel tacito vel expresso etiam *Patrimonialia* nascebantur.

Si dicis, conniventia, factove parentum stulto liberos non obligari. Quid enim stolidius unico homini ad perpetuam servitutem se addicere, cum fieri possint *Civitates libera & moderata*? *U. Uisque in his, quæ naturalia hominis non evertunt, & Societatis humanæ commodo consulunt, quod impediretur, si cives retractare conventiones parentum, & in statum naturalem se vindicare vellent, nam in hunc relabi pejus est omni Tyrannide.* En fontem *rigidi hujus obsequii* ad alienationem usque, quod non est *imperii ipsius naturalis Condicio*, ut vellent *Machiavellista*, sed *vis Socialitatis*.

Titulus XVII.

De

Acquisitione rerum originaria per occupationem.

I.

HActenus de *acquisitione personarum*. Jàm ordine de REBUS, quas adipiscimur *acquisitione* tum *Originaria* tum *derivativa*. **ILLA** est, quando acquiruntur ea, quæ *nullius* antea fuerunt, **HÆC** quæ è manu in manum veniunt.

Quæ *nullius* dicuntur, sunt vel *absolutè* talia, ut partes Mundi ab origine Mundi, vel *respectivè* ad Memoriam hominis aut statum. *Illud* fit, si nullum adpareat alienæ possessionis vestigium, saltem cujus fuerit, ut Locus desertus, thesaurus. Hæc si bona per mortem deserantur, nec sit qui jure quæsito sibi illa vindicare possit, ut *Dominium* morientis. Loquor de statu *N.* nam civiliter *jus quæsitum* utique adest. *Originarium* propterea vocatur, si *dominium*, *Jus* & possessiones *denuò* incipiunt, *nullo*, vel ignorato antecessore.

2. Ac-

2. Acquisitio rerum *Originaria* & *Occupatio* coincidunt, si de *Originario absoluto* loquaris.

EXCIPIS. Etiam *Dominium ex divisione primæva* est acquirendi modus originalis. &c. *Negb.* *Dominium* est terminus *complexus*, dicit enim *jus rei habendæ & possidendæ, Positivum*, & præterea *jus negativum*, ne ab altero mihi eripi possit, denique *coexistentiam* alterius *Dominii*. Ut propterea occupatione terras tenere, earumque *Dominium* esse, *materialiter* idem sunt; licet *formaliter* differant. Quapropter *divisio primæva*, *Dominia* non fecit, sed *formavit*, ut quæ occuparet *Titius*, *firmiter dominio* possidere crederetur, nec à *Sempronio* posset eripi. Sic si *Abel* pomum decerpebat ex arbore, *occupatione*, *Dominus* erat, possidebat, habebat, sed tamdiu, usquedum *Cain* robustior ipsi eripuisset. Paria dic de *occupatis terris*, *Divisionem* tamen, quæ fit ante occupationem, totius orbis in familiarum *Noachi* vel *Adami* capita solemniter *partitio* partiumque assignatio, inter fabulas computatur. Vid. *supra*.

3. Vis habendi aliquid **JUSTE** per occupationem, nititur, *tum* facultate *physicâ*, *tum* carentiâ alienæ occupationis. **FACULTAS** *physica* expeditur

ob necessitatem, & quòd Lex propriæ conservationis ad circumspicienda tolerandæ vitæ media me impellat. *Carentia* alienæ occupationis, vel solitudo qualitas est sive *Conditio sine qua non*. Qua mediante *res occupabilis* redditur, intellige *citrà injuriam*.

Ans. Hoc ipso *divisionem* antecedere debuisse, & institutionem *Dominii*, aliàs *occupata occupare* liceret. *¶* Aliud est *occupare*, aliud *justè occupare*. Nam qui ante me occupavit rem, *Ius* habet ex *Lege Conservationis*, quâ impellente hætenus *licite* possidet, quæ tenet. Et hic *nidulatur Dominium materiale*. Ut quibus *indigeo*, si habeam, *mea sint*. At superaccedit *justitia positiva* & *Dominium formale*, ne occupari possint, quam ea, quæ *deserta jacent*, nec eripi jam ab alio possessa, nisi possessor *animum derelinquendi*, verbis vel ipso opere *declaret*.

4. Alia occupantur *animo* retinendi perpetim, & *ad diem*, alia in transitu, alia *fungibilium* nomine veniunt, quæ in usus præsentis absumuntur, aut in posterum reservantur, alia *secùs*. Alia corpora-

poralibus & incorporalibus adnumerantur; ex ILLIS iterum alia in bonis immobilibus habentur & mobilibus, alia in Eorum fructu.

Res fungibiles sunt, quæ numeri, ponderis & mensuræ sunt capaces, usuiq; prostant. Animus retinendi colligitur inprimis ex usu *presenti* & custodia. Quæ si omittitur, patente aditu, *derelicta* bona judicantur.

5. Subjectum occupationis vel *Universitas* est vel *singuli*. ILLA possidet vel cum *singulorum* communione vel *seciis*. HI jus seorsim obtinent, *in eo* quantum occupasse censentur.

Communions exemplum habes in *Colonis*, quæ desertas terras insident, in fluminum *Marisque* inexhausto usu, quantum *Dominio Universitatis* subest. *Posterioris*, in bonis, quæ ad reipublicæ gerendæ onera spectant.

6. *Occupasse* censetur, quantum quis *custodia* complectitur *ad usus futuros*. Ità non sufficit *nuda voluntatis significatio*, sed & *potentiæ applicatio*.

Hæc

Hæc quidem à *voluntario jure* modum accipiunt. Suadet enim ratio, ut licibus præcidendis *certa signa* ponantur occupationis, & limites. Sic *tantum* terrarum quis occupasse creditur, quantum aratro colere, suæque necessitati sufficere visum fuerit. Nam invidus & avarus fortè plus animo vel oculis complecteretur, quàm *in suos usus* commodè verteret. Unde hic regnat *aquitas*, ne omnia unus, alter nihil possideat, sed *paribus jugera portionibus* inter plures occupantes dividantur. Sic etiam quæstio inter Civilistas agitata, an qui primus vulneravit, aut qui cepit, *fera Dominus* existat, ex *aquitate* deciditur. Est tamen capientis, si alter *prosequi desierit*. Adde *potentia applicationem*. Sic *gemma* est tollentis, non *volentis* tollere, & negligentis operam. Optimâ fortunâ & jure fruitur, qui *possessione* complexus est actuali, & defendat. Etsi alius *invenerit* rem illam, ostenderit *eminus* cum significatione voluntatis, *se occupare velle*. *Aquitas* verò jubet, ut inventor, si corpus admoverit, obeundo, tangendo, *signum* suæ præsentis relinquendo, & *futuri* redditus non excludatur, licet alter fortè ad *possessionem & defensionem* ejus rei sit paratior.

7. Objectum occupationis etiam *mare est*, ejusque dotes,

Quan-

Quantum, scilicet *Dominis* nostris terris, vel navigiorum *usu* comprehendimus, cum *effectu custodia & defensionis*. Quod hodie magis valet, quam temporibus antiquis, cum navigiorum hodie dexteritas & metus fastigium suum attingisse videatur. *Verum distinguo* inter custodiam temporalem & perpetuam. Custodia *temporalis* tantum durat, quantum classis fortioris in mari obetratio, quæ, si interserit, par alteri jus erit. *Alias* verò stolidum foret, *magnæ classium sumptu* Maris amplissimi *Domina-* tum arrogare, qui præter titulum & paucas utilitates nihil ferat. Unde *Oceanus* liber creditur *ex illa presumptione*, exceptis littoribus, fretis, & quæ terrarum sinu continentur facili defensione. Vide *Grotii & Seldeni* hac de re contentiones.

8. Patent occupationi animalia *cus-* jusvis generis, quorum *fera natura* cense- tur, nisi inclusa *vivario & probabili cu-* stodia.

Ratio est, quoniam extra casum adductum ejus sunt conditionis *fera*, ut nullum *Do-* minum habeant, vel si habuerint, brevi temporis spatio *potentia prosequendi* eripi- ant, unde prudens oblivio eorum judica- tur, quibus sententia steterat, illa capiendi. *Ais.* Hoc tamen non valere in terris quæ dominio subjacent vel alieno, vel U-
niver-

Universitatis citra singulorum communio-
nem. 8. Duo considerari possunt, *vis*
usus in terra aliena, & *fera*. Ferarum ca-
pturam prohibere durum foret, quæ ta-
men ipse terrarum Dominus capere nolit,
& quæ fugacissimâ fortunâ etiam artifi-
ciosissimè insidiantibus elabi solent. Ita
vulneratam in meo solo feram, si in tuo
concidet, iniquè prohibes, utut possis,
cum te invito nemini jus sit, *tuas calcare*
terras.

9. Fieri autem solet, ut ferarum ca-
ptura *in proprio agro* civibus inhibeat,ur,
non quòd ab Imperio hæc necessariò
pendeat prohibitio, sed quòd *interfit* ci-
vium, labori potius, quàm avibus ferisq;
insidiari, quemadmodum vicissim inter-
est rerum publ. si plus Justitiam secten-
tur Imperantes, *bonos mores*, quàm *fe-
ras*.

Quæ licent jure naturæ, lege voluntariâ *oc-
ceri* possunt, quamvis non *citra causam*.
Nam si olera carpat rustico lepus, cessat
ratio otii, furem licet occidere noctur-
num, cur non & *cervum*? Malè agunt
Imperantes, quòd delicias venationum
coloni plerunque lachrymis redimant.
Duplici malo, quòd licentiam naturalem
restin-

restinckerint non tantum, sed insuper nocent. Vid. *Huberius Digress. Juris* lib. 4. c. XX. ubi disquirat, an & quomodo furtum committat, qui *Venationis jure* non gaudet.

10. Pariter in *thesauris occupandis*, Romanum jus magna equitate usum est. Jure naturæ, qui in proprio agro fodiat, & vel casu vel studio in opes reconditas incidit, earum Dominus fit, quod *αἰδέσθω τε* cedant occupanti.

Colligitur ex Matth. XIII. 44. Equum verò est & consultum, si quærendis thesauris inhiantes, neglecto labore, parum vel nihil, si magicis artibus intenti, penas ferant. Quod verò Germanicum jus, aliarumque in Europâ nationum, maximam partem principi adjudicent, ut & alia, procul dubio factum est, ut beneficiis inde emerfuris, eò magnificentius dignitatem suam tueantur imperantes.

11. Huc pertinent *acquisitiones accessionum*, per alluviones, si insula oriatur in flumine, si *alveum* mutaverit, quæ maximam partem *jure gentium* reguntur.

Ut & illa de *capiendis feris*, more signoque comprehensionis, observante *Grotio* l. 2. c. 2. in alluvione *æquitas* postulat, *damnum* ali-

aliquantis per compensari, ex Regulâ, iniquum est, quemquam alieno cum damno locupletiores fieri. Quod etiam inter Homines quâ tales, valorem habet. Flumen aut limes merè est aut in peculio, idque vel totus vel medio alveo; si limes tantum, erit occupantis Insula, secus si publicum flumen sit, ut *obs.* Idcirco, quatenus publicum notat communionem promiscuus usus. Si in Domino, etiam Insula erit eâ parte, quâ emerfit. Si alveum mutaverit, manebit terminus in alveo veteri, nisi pacto aliter veteri & divisione cautum sit, ex modò datâ ratione.

12. De artificiali accessione, Specificatione, Adjunctione per texturam, confusione, commixtione &c. prolixè Justinianus in Instit. lib. II. tit. 1. inq; eum interpretes.

B. Pufendorfius gentium hac de re jura & æquitatem discussit lib. IV. c. 6. de Jure N. & G.

Titulus XVIII.

De

Usucapione, Præscriptione &
Jure in res alienas.

I. At-

I.

ATinet hic agere *de usucapionibus*,
 cùm nitantur derelictione *præsumpta*,
 qua res dominio carens aliis patere
 incipit per *occupationem* vel alio modo.
 Nam *usucapio est*, qua longo usu & pos-
 sessione continuata, nec à vero Domino
 per rei suæ usurpationem interrupta *ac-*
quiritur Dominium ex præsumptione à
 pristino Domino *abjectum*.

Ita Schilcerus notis in Instit. p. m. 196. & alii.

2. Usucapio & præscriptio differunt,
 ut *jus ipsum* ab *Exceptione forensi*, contra
 possessorem antiquum, qui elapso tem-
 pore usucapioni præscripto Dominium
rei suæ neglectæ repetit.

Hodiè termini commiscentur.

3. Usucapionis spectatur *cùm* funda-
 mentum in Jure N. *tùm* requisita alia,
temporis, bonæ fidei possessionis. FUN-
 DAMENTUM liquet, quia incertis se-
 dibus dominia vagarentur, nisi hoc reme-
 dio firmentur. Et quot litibus ansa da-

Z

retur

retur apud *singulos bonæ fidei possessores* in statu N. & civili degentes, nisi à *præscriptione temporis* præsidium accederet.

Unde etiam inter *Reges* viget, *regumque civis* aliàs controversiarum nullus finis foret, *videlicet*, cum pace longius durante inter ipsos *nulla sit prætensionum* mentio, novo fortassis bellorum irritamento. Equidem usu tritum videmus, quod *prætensiones* magnatum *titulis atq; insignibus* præferantur, ne spem *recuperandi abjcesse* credantur. Inveniuntur tamen *alii plures*, qui longo seculorum intervallo *avitas lites* coquunt, & *tacent*, quo casu possessio diuturna beneficio gaudet *usucapionis* hoc ipso laudabili, quod *societatis humanæ* tranquillitatem foveat, atque sustentet. *Fœderibus* etiam *pactisque Senescentia litigiosa* dirimuntur, quo loco si *sileas*, vel omnem *irarum materiem sublatam ingenua pace* fatearis, ne indignum foret, & à *justitia alienum*, antiquos *fœces* revocare, & *Camarinam* movere. *Ais*, at rupto *fœdere* ad nihilum tenentur *partes*, quod *concesserant*, revigilant *antiqua jura*. *Turbones* ita sentiunt, non qui *longa possessionis* inveterato *jure* pacem generis humani redemptam vellent. *Pergis*, at nemini *dominium* auferri potest *invito*. *q.* *Invitus* non videtur, qui tanto tempore *tacet*. In CIVITATIBUS *pœnæ xlvii* induit

Juris

Juris hujus Exercitium, quâ rerum suarum ita negligentes castigantur; In statu autem naturali quilibet *Dominium abdicandi* liberum jus habet, saltem ne puniri, aut ad servandum cogi possit. *As*

(3) *Consilium* est *Juris N. usucapio*, præceptum non est; Ergo nulla obligatio, si obsequi nolis. *z.* Etiam *Dominia Consilii* indolem habent, nec tamen violare licet, quin etiam affirmare ausim, *præcepto accedere*, sine quo societas humana ejusque tranquillitas servari non possunt, ut non *sola præsumptione*, sed necessitate usucapionem fulciri intelligatur; quanq. *jure gentium voluntario, tempus immemorabile*, perfectum *Dominii transferendi medium* statuatur.

4. Ad usucapionem requiritur *temporis duratio*, quæ à naturâ præcisè non definitur, sed tamen ejusmodi, quæ perfectissimæ derelictionis & negligentia *τρυφήν* in se continet, minusque spatium inter *præsentes*, majus inter *absentes* exigitur.

Nam rei dignitas, *alienatio Dominii*, vel novi *redintegratio* exposcit, ut multæ affulserint ejus repetundæ occasiones, ut sub oculis suis alios usurpare rem suam, nihil moretur, nec *in,erpellet*, quod silentium *speciem*

ciem assensus habet, & *cessionis*, quod naturæ congenitum sit, suæ supellectili aliquali *saltem sollicitudine tangi*. Silentium verò requiritur, *scientis*, ut dixi, & *volentis*, nec causa alia subsit, metus v. gr. *potentia*, damni majoris. Durior videri potest *amissio*, si quis jura sua ignoret, interceptus forte ab hostibus, & postliminiò rediit, longis postea annis, *bonorum incuriam* nullo monitore ostendat. Nec, opinor, *jus in illo valet*, qui ignorantia *invincibili* ducitur; quo loco etiam habetur ille, qui peregrè exulat, non nisi seris nepotibus redituris. Hac cum cautela, si *interpellandi omnis occasio* defuerit.

5. At si *mala fidei possessorem* res tuas tenere compertum fuerit, hoc ipso usucapionis beneficio deturbabitur.

Hoc *duplici juris* explicatione nititur, *An* qui alteri rem subtraxit, vel si amissa, commodata, oppignorata fuerit a Domino, postmodum neglecta, velut irreperabilis, ad manus hominis devenerit, qui conscius veri possessoris, rem detinuerit, *usucapione excidat*. — *¶. Utrq;* vel verus Dominus querat amissum, vel omittat; nam *justus titulus* deficit, si furto subtraxerit, si à *non-Domino* comparet, bona fides vacillat: Assertionis ulterior ratio est (a) quoniam *mala fides* nullo juris naturalis beneficio gaudet. At *mala fide* possidet, qui

qui scit ad alium pertinere, quod possidet. *Altera* est, quod si videris malæ fidei possessorem uti re sua, & negligas, *possessor* tamen jure suo excidet, cui maleficium ne commodo cedat oportet. At si *nescias*, serior tamen notitia, etiam tempore usucapionis præterlapso, te *juvabit*, cum flagitio nullum jus faveat, & NON AGERE *nescientis* careat effectu. Ut Grotius loquitur. Sic neque in *impuberes* *præscriptio* valet ex eadem causa.

6. An etiam *Imperantes summi* suâ lege de termino præscriptionis teneantur, quæri solet? Verùm negativa facilè statuminatur, si materia sit de *ipso imperio*.

Nam *summi imperantes* sua jura repetunt, cum *volunt*, nec suis legibus *positivis* ducuntur, nisi *sola æquitate* ob paritatem partium cum integro. Quod *ipsam præscriptionem* attinet, nihil metuitur *Societati Civili*, & si serius repetat, quæ jure olim possedit, nisi *aliter pacto expresso* cautum sit. Sic beneficia revocantur à Regibus, cum temporis tractu non coalescant in *debitum*, quin etiam *donationes* tacitam contineant necessitatis *exceptionem*.

7. Quod res religiosæ non usucapiantur, juri *voluntario* debetur, cum non sint in *privatorum dominio*.

Sed universitatibus præscribi potest, ni *reverentia Numinis* aut *superstitio* prohibuerit.

8. Jus in *rebus alienis* propriè non datur.

Implicat enim contradictionem, alienum esse, & alteri in idem jus dari. Verùm quod contradictio fieri debeat *ut dicitur*, & eadem ratione, cessione juris illius dominium minus intelligitur, eâ in parte, quâ jus est.

9. Juris in re aliena species vulgo enumerantur. Jus *Emphyteuticum*, Jus *Superficiarium*, Jus *bonæ fidei* possessoris, *pignus* seu *Hypotheca* & *Servitutes*. Hæc jura fundantur in remotâ materiâ complexa. Alieno materia proximâ, PARTE Dominii concessa, certis tamen legibus à voluntate Domini circumpositis.

Obs. (1) in Enumeratione omitti *consumptionis* jus urgente summa necessitate, v. gr. an *famelico* jus sit in *pane divitis*. Quod sub hanc rubricam retulit *Grotius*, de quo supra; nisi *adveniens* ad usum, servitutis speciem referre velis, vel etiam sub *commodatum*. Obs. (2) *Particulam* Dominii consistere non semper in *ipsa re*, cum pleno effectu Dominii, sed vel maximè restricto, ut

ex

ex *usufructu* patet. *Jus Emphyteuticum* est, quod alicui in re immobili constituitur, sub obligatione præstandi certum canonem in Domini directi recognitionem. Adest cessio juris circa rem utendam, fruendam, non tantum ad dies vitæ, ut in FIRMITATE contingit, sed in perpetuum: adest licentia alienandi, sed suo modo limitata, Dominus directus Emphyteutam turbare nequit. Quid remanet Domino? Dominium directum, Canonis solutione utili agnoscendum, & ex vi expulsionis, casu non præstiti Canonis. Hic, ut vides, non omni-modæ cessio juris est, ut in donatione, ejus, quod datur, sed cessio rei, ususque rerum revocabilis ex pacto. Ita Jus SUPERFICIEI soli dominium sibi reservat. PIGNUS & Hypotheca dantur assécurationis causâ, restricto, ut lubet, in illa dominio, revocabili, quamprimum cessat ratio, propter quam data fuerunt. SERVITUTUM late patet ambitus, quas in personales & reales dispescunt; Illæ subdividuntur, in usum fructum, usum habitationum, operasque servorum. Hæ vero in servitutes prædiorum, urbanorum & rusticorum. Quæ omnia non, rei Domini-um, sed utilitates, quasdam transferunt, è rebus Domini concessu eliciendas. Obs. (3) Patere, quod cessiones illæ jurium, semiplena, imminuta, restricta, revocabiles à voluntate Domini pendeant, quod totam

jurium compagem *originarie* possidebat. Veluti autem totalis alienatio non concipitur Jure N. nisi ex *arbitrio Domini*, tacito vel expresso, tum traditione tum derelictione. Ita *particulas totius* nemini decerpere licet, nisi volente Domino, cujus voluntas contractu exprimitur. Quæri hic potest, an *prescriptâ particulâ ipsum Dominium directum prescribatur.*

10. De *jure bonæ fidei possessionis* amplæ reperiuntur disceptationes *Juris Consultorum*, & subtiles. *Bonæ fidei possessio* in ignorantia alieni juris radicem habet. Quemadmodum verò *ignorantiæ* in Moralibus mira occurrit perplexitas, *variante* ejus in actiones *influxu*, & imputativitate, sic eadem non minus in hâc materiâ ac aliis *definitionem juris* impeditam reddit.

Quod patet ex *sequentibus observatis* (1) *ikayâ* est dominia *invito Domino* non transferri, ita nec ab ignorante, nam transferre non creditur, *qui nescit, quid agat.* (2) Is qui *Dominium* habet rei, *possidet* etiam *fructus*, in infinitum ex re emeruros, ut pateat, non tantum rem, sed & fructus à B. F. possessore *reddendos* esse. *Fieret enim cum alterius damno locupletior, sed damnum est*

est, absentia ejus, ad quos Jus est, *fructus*. Sed iniquum (3) videtur, quod is, qui ignorantia INVINCIBILI laborabat a-
lieni domini, qui justo titulo, *Emptione, hereditate*, rem accepit, non eam tantum, sed omnes fructus tam *extantes*, quam *consumptos* reddere teneatur, nec tantum *naturales*, sed & *industriales*. GRAVIUS inquam, reddere jam consumpta, inque *usus versa*; GRAVISSIMUM, quod fructus industriam nostram & labore partos. Jure Civili quid doceatur, jam non curo. Sed Juris Naturalis apicem eruere difficillimum. *Naturalium fructuum* redditio justissime petitur, etiam *industriales*, qui solo labore steterunt, cum verus Dominus non impari labore eos sibi fructus peperisset, cui otium imputari juste nequit, *deficiente hætenus materia*. Anne verò alter beneficio omni privetur? quantum damnum, inutilem pecuniam, operam, spem collocasse. *Justissimum* videtur, si rei *expensa compensentur* B. F. Possessori, sed *fructus unà reddat consumptos & naturales*, non vero *industriales*, quos primus eorum genitor veluti nec extantes, neque extituros, *sine sua operâ, jure occupationis tenere judicabitur*. Salvo meliori
Judicio.



Titulus XIX.

De

*Acquisitione derivativa Facto
hominis.*

1.

GRotium partitione hac sequor, qui *factum* hominis à *lege* distinguit, cum tamen *factum*, si **JUS** sit, cum vindicatione *pendeat à legibus*.

FACTO acquiruntur res, quo etiam *contractus & promissiones* continentur. Termini enim invicem referuntur, ut qui acquirat **DERIVATIVE**, ab alio, per **TRANSLATIONEM** accipiat; sed de translationibus peculiari operâ agemus. Age *filium hic sequamur l. 1. §. 1. v.*

2. *Acquisitio derivativa* supponit **Dominium**. Nam qui acquirit, *ante non habet ius*. Jurium verò limitationes è **Dominio** pullulant, quatenus *tacito hominum pacto* vetitum judicatur, *aliqui, quæ prior occupavit*, eripi.

3. **DOMINII** autem *natura* fert, ut, quæ

quæ habeas, alienare possis, *ex parte vel Foto.*

Quæ alienatio consideratur, vel ut actus *Domini*, vel *transitus*. Illud utique in *Domini*o dabitur, *Jus sc.* præter facultatem. Nam si *Jus* non sit, exterius *ligamentum* accedit à *Lege civili*, quatenus imperfectâ ratione usi *ne agere quidem* censentur, Ergò nec alienare. Et sanè in *statu* quoque *naturali* æquitas postulat, ut *impuberi* *Domini*um auferamus, etsi transferre velit, ut potest, si actio rationi non congruat, cum injuria illi fiat accipiendo, quod ratione adultâ dedisse nollit. **TRANSITUM** indivisibile quoddam *punctum* constituit, humanitus non observabile, quatenus *Domini*um ab uno abit, in alium migrat. Neque sufficit dare, requiritur etiam accipere, Aliàs manet *Domini*um sine transitu, vel abjicitur, cuius occupandum. Quæ abjectio in re incorporeâ conceptu continetur, velut omnia jura quæ rebus etiam corporeis inhaerent. Optimè dicitur in rebus materiatis *qualitatem moralem* inveniri, quam *Domini*um vocant; illa in translatione migrat ab uno termino in alium, in derelictione expirat, de novo inchoanda. *Subtilitas* illa, quatenus in translatione, non minùs ac derelictione, occupatio nova rei, & subitanea derelictio prioris *Domini*i, (cum voluntate tamen

men qui mox occupare debeat,) concipitur, plus *salis* habet quàm *utilitatis*.

4. Ad alienationem *essentialiter* requiritur, ut sit actus *rationalis*, scientia & voluntate constans, *illa* per imbecillitatem rationis vel ignorantiam, *hac* metu sufflaminatur.

• Ut è *Moralibus* nôrunt *Tirones*.

5. *Voluntas* transferendi, aut *manifestis* signis proditur aut *presumptis*. *ILLA* sunt scriptio & sermo, declarandi animum media; Quale non est porrectio alicujus rei, cum *in illo* non pateat, *cui fini* hoc fiat. Præsumitur tamen, si accipiendo, & opinionem de verâ translatione manifestando, alter *annuat*, nec *refragetur*.

Veluti si cui *thalorum* porrigam silens, alter gratias prolixas agat, nec ego subnectam *Emptionis* non *donationis* causâ id datum fuisse, *donatio*, h. e. vera translatio præsumitur.

6. Ex *altera* parte requiritur voluntas accipiendi, qua deficiente translatio
non

non procedit. *Eoque casu* vel manet dominium vel abjicitur.

Naturale est, ne translata dicantur, quæ termino carent *ad Quem.*

7. *Voluntas* illa sola acceptione manifestari potest, si sufficiens translationis declaratio antecesserit.

Etiam præire potest *accipiendi voluntas* & intelligi, priusquam tradatur, si *petitum* sit, quod transfertur, ut rectè monet *Grotius* Lib. II. c. 6. §. 2.

8. **MATERIA** translationis res est *Dominio transferentis* subjacens. Nam *Dominium* transferre rei, *quod ipse non habes*, ἀούρατον.

Aliàs tamen fieri potest, ut *actio* *Dominii* sic occasio, quæ cum translatione confundi non debet. Hic operosè *Magnus Grotius* pertractat *jus Regum* circa alienationem populi, rerumque ad universitatem pertinentium. *Prima* pars quæstionis agit de parte populi & quidem liberi transferenda. Sed *quid liberum?* Si *Hobbesianos* & *Machiavellistas* hodiè sequaris, *subditi* regis & *servi*, *Rex* & *Dominus* coincidunt. At quod quis in patrimonio habet, alienare potest. *Liberum* voco *populum*, qui *reservato naturali* gaudet, circa ea, quæ finem

nem civitatis non accinent; Eò liberio rem, quò latius reservata porriguntur. AIS Regem & reservata non simul consistere; &c. Fallere assertum si reservata partem Regiminis non arripiant, vel actionum Syndicatum: Nam aliud est, IN PARTEM venire Regiminis, aliud, NON obsequi, ex prescripto capitulationis, vel naturalis reservati. Quod in hujusmodi dissertationibus non semper observatur. Homines in justo regimine mancipia non sunt, sed capita libera, nec Reges Domini, quorum voluntas pro Lege sit. Casu enim, quod involent ea, quæ nemo hominum abjicere potest (v. g. salutis suæ in alienam petulantiam Resignatio, sine fine legitimo) obsequi non licet, & non-obsequi licet. AIS, expirare regnum, si populo de his judicands facultas detur. &c. Aliud est Judicare aliud sentire malum & amoliri, si Rustico nares baculo confringas, utique sentit sibi malum inferri, & si non judicet per modum superioris, quanti hæc injustitia sit, quanti ve punienda sit, reservatur hoc Sculteto. Rusticus interim secundum ictum ictus piscator amolitur & evitat. Pariter cum Hobbesio cives in bruta, imò in lapides convertendi non sunt, qui nullius rei sensum habeant. Esto igitur ipsos venundari, fungi sint, qui nesciant, hoc ad Remp. non pertinere, ut veniant pecudum instar & vitulorum, sed ut corporis instar à Capite suo conserventur

& cu-

& custodiantur. Patrimonium etiam populi, boni Regis alimento dicatum non potest alienari. Sunt enim universitatis, cujus pars Rex vel summus Imperans, excipiuntur tamen *fructus* patrimonii, ut ibidem §. 12. observat *Grotius*. Tantum *extra oleas!*

9. Huc referri potest TESTAMENTUM, quod est *alienatio in mortis eventum, ante eam revocabilis, retento interim jure possidendi & fruendi*, ut definit *Grotius* §. 14.

Verum enim verò disceptari potest, an sit *alienatio*, non enim pars tantum, sed *totum Dominium* retinetur. Si enim, ut in donatione *mortis causâ* jus ipsum rei transferretur, reservato usu, non esset *Testamentum*. Melius propterea dicitur, *Morte* relinqui bona, & postmodum occupari ab hæredibus, quos succedere *æquitas* jubet, utpote *Mortui* propinquos. Aliàs *mortuos transferre Dominium* concipi nequit, & voluntas ejus de futuris post mortem in irritum cadit, nisi, prout dixi, ab *æquitate* & civili *jure* fulciatur.

10. Hæredes *sui* sive necessarii in statu naturali non dantur, quemadmodum etiam reliqua in Testamentis *solemnia*,
con-

consilium habent, naturæ, non necessitatem.

Titulus XX.

De

Acquisitione derivativâ ad Legem Naturæ.

I.

A Lienatio Lege naturæ fit dupliciter, EXPLETIONE Juris, & *successione*. EXPLETIONE juris fit, quoties id, quod meum nondum est, sed mihi dari *debet*, aut loco rei meæ, aut mihi debita, cùm *eam ipsam consequi non possum*, aliud **TANTUNDÈM VALENS** accipio ab Eo, qui rem meam detinet, vel mihi debet.

Verba sunt *Grotii* lib. II. c. 7. §. 2. Casus loquitur de Eo, quod meum **NONDUM** est, fieri tamen **DEBET**, ob rei meæ jacturam, quæ *lacuna* expleri omninò debet. Quandoquidem Lex naturæ hoc postulat, ut *aqualitas* Jurium servetur, & quod *desse*

*deesse uni per alterius culpam concipitur, ejus curâ iterum refarciatur; Esset enim locupletior me, sed meo damno. Obseruari autem necesse est, quod re meâ detentâ vel destructâ alter ad Tantundem mihi obligetur, & mihi ad id, ex primo puncto damni facti Jus nascitur, ut jam Meum sit jure, quod meo Dominio per expletionem surrogandum est. Quando igitur Non-dum meum vocatur, fit duplo ex causa, par-tim, quod illud meum sit adhuc indeter-minatè, & permixtum *reis non-mess; par-tim, quod res, quæ nunquam mea fuerat, ægrè concipiatur meâ, priusquam ex pote-state detinentis exierit. Quanquam existi-mem ante traditionem, quæ rigidius loquendo consequens proximum translati Do-minii, vel complementum non translatio-nis pars est, perfectum Essentiâ Domini Jus esse, ut ut ante traditionem Dominium vi-res suas exerere non possit.**

2. Ut consequar id, quod mihi DE-BETUR, si alter dare nolit, Jus mihi est *propria manu consequi, in statu naturali.*

Nam aliter expletio fieri non potest, nec *Ego Dominium nancisci. In Civitatibus propriâ vi abstinendum. Nemo enim jus sibi met-ipsi dicit, sed judicio contendit, qui per ci-vitatem aliena voluntati, sc. superioris, ob-sequium suum addixit. Existimat tamen*

Grotius id etiamnum licere, si certum jus probari sufficienter coram Iudice nequeat. Ego secus arbitror, nam si alter per malitiam quæratur de injuria sibi facta, Iudex dignoscere causam, citra probationes non poterit, sic irritum jus redibit ad **POSSESSOREM**.

3. **SUCCESSIONES** fiunt aliæ de *facto*, aliæ de *jure*. Successionem de *facto* videmus in occupatione rerum derelictarum, non quod *injustum* sit ita fieri, sed quòd successori nullum *jus* sit, ut ipse in Individuo **NON ALIUS** Dominio succederet. De *JURE* Successio alios omnes excludit.

Quæritur hîc, An in rebus *derelictis* detur successio *de jure*, in statu naturali, videlicet, cum alter voluerit, rem à se derelictam, à Titio potius, quàm Sempronio, vel statim, vel post aliquod tempus occupari. *Non videtur*, quoniam Jus illud prætextum ex voluntate decessoris non est *efficax*. Eople enim, quod res derelicta concipitur, *in vacuo jacet*. Subitura Dominium proxime occupantis; nec juvat dicere, quod Jus, quamvis non rei derelictæ, inhaereat tamen persona. Siquidem *in jure* Dominio, ubi omnes alii excluduntur in statu naturali supponitur *occupatio*, velut in civitate

tate Superior, quia alium excludere imperio possit. Utrumque verò in *ordinem præsentis casus deficit.*

4. In *successionibus* eminent illæ ab **INTESTATO**. Quemadmodum in testamentis declaratur *Voluntas Morientis* expressis & sollicitis verbis, quid post mortem suam fieri velit, ita in *successionibus* hæc **PRÆSUMITUR** moriens *voluisse*, quod honestissimum est.

Ex quaestione modò *resolutâ* liquet, quid juris in hæredem dimanare queat, si *Jus aliquod externum* non accesserit, vim dans ultimæ morientis voluntati, ut obligatio **Negativa** nascatur, seu **Jus**, quod alter, exclusus scilicet violare non possit. Et hoc jus oritur a *Lege*, quæ summa ratione gaudet, quando *extremas* morientium voluntates, ratasse vult. Etenim à *natura* hoc ipsum *consultitur*, ut hoc morientium honori & solatio detur, quin sciant, quorsum bona tot sudoribus quaesita, deventura sint. Interest insuper *Reipublicæ & Humanitatis*, ne *aviditas OCCUPANDI* alatur, sed bona in proximos descendant, seu eos, quos moriens sibi *successores designaverit*.

5. At *honestissimum* merito judicatur esse, & morientem voluisse, ut bona sua

perveniant ad eos, quos intensissimè amat, *liberos* suos, quos etiam alere & fortunis ornare, *ibi si* impuberes sint, natura **OBLIGAT**, *hïc, si* adoleverint, *suadet*, impellente τῷ πρώτῳ ἢ Φύσεως, Amore, qui *descendit* potius quam *ascendit*.

Quo loco, ne *naturales* quidem excluduntur in statu Naturæ, cùm *conjugio* & *publicè* *quæsit* infantes in hoc conveniant, ne fine à natura intento, per consuetudinem *Veneriam* deturbari queant. Quanquam deinceps in civitatibus ab hereditate, *exceptis necessariis*, excludi possint, cùm etiam *secundis* à *primogenito*, quod constat *in jure civili*, hïc non infarciendo.

6. *Casu autem* *liberos deficere* & extare *fratres* cum parentibus rectè judicatur, iis *proximè deberi* bona, qui cum moriente unum sunt, ut fratres & sorores Aristoteles ait, ἀδελφοὶ ἀλλήλους φιλοῦσιν, ἰῶ ἐκ τῶν αὐτῶν πεφυκέναι, ἢ γὰρ πρὸς ἐκεῖνα ταυτότης ἀλλήλοις τίσσομαι. i. e. *fratres se invicem diligunt, quatenus ex iisdem nati sunt, nam communis ortus ipsos quasi Eosdem reddet.*

Quod

Quod etiam valebit, si *conjux* extet, una vel plures, nisi contractu conjugali vel moribus aliter cautum sit. Regulariter extantibus liberis & conjuge, *Conjux* bonis succedit, datâ *spe liberis*. Verum hæc maximis modis in *jure civili* variant, Loquor de *Eo*, quo *rationalis* videri queat ex *equitate*.

7. Rectè tamen ad hunc casum *Illustris Grotius* §. 9. distinguit inter *patrimoniale bonum* & *profectitium*. ILLUD, ait, ex virtute *gratitudinis* redire eò, unde *oriundum sit*, alterum venire ad eos, quos sanguinis propinquitas morienti devinxerit.

Optimè. Nam *beneficii materiam* non omittitur creditur *filius* versùs eos, à quibus tot comoda maximumq; *vita* bonum fluxerunt. Quæ gratia refertur vel *vivis*, vel mortuis in *ipsorum prole*, fratribus sororibusque nostris. Adde quod durius videri poterat & indignum, ut parentes bona sua tantis sudoribus parca in *alienas transire manus* agerrimis oculis viderent.

8. Ubi *gratia referenda* locum non invenit, transeunt bona ad Eos, qui propius gradu defunctum attingunt.

Quæ tamen omnia in civitatibus ex lege, patris, moribus variant, recensente Grotio §. II.

Quæ recensere non est opus, longumque foret exequi.

9. In successione Regnorum dubio procul Legibus a vitis & consuetudini standum erit. In patrimonialibus disponere licet pro lubitu, in aliis secus.

Naturalis tamen æquitas postulat, ut in patrimonialibus æqualiter cernant hæreditatem liberi. Jus enim Primogenituræ utilitate tantum commendatur firmam potentiam, aliàs in minutias successu temporis collapsuræ. Observa etiam, quod in successivis & hæreditariis, introducto jure primogenituræ minores licet virtutibus extantiores, *citra injuriam* nihil prætere possint de eo, quod nascendi felicitas primo, tunc fortasse viribus animi corporisque longe impari adjudicavit, quamvis è republica foret alium fasces tenere. Nam cum voluntate Regis aut pacto populi id juris invaluerit, præsumptio est, conditores illius juris, *infortunis casus prævidisse* quidem, sed certum tamen successione modum majoris æstimasse, illam virtutis incerta excellentiam. Eam litem disceptant Politici, quando disquiritur, utrum Electio successioni, & vicissim intuitu boni publici antecellat, quos vide. De jure autem

autem non ambigo, quin pacta & conventiones proavorum posteros quoque obligent, non tanquam aliena, sed quatenus nostra censentur ex *presumptione* voluntatis posteriorum, qui nollent Dominia rerum & jura in dubio semper fluctuare & incerto, quod singulis fati ictibus accidere necessum foret. Vid. plura in *Jure Publico Universalis*, & apud *Grotium*, loc. cit.

10. Tandem negligi non debet eminentis illa distinctio inter Successionem *Hereditariam* & *Linealem*. ILLA est, qua *subitione in locum*, quam repræsentationem adpellitant *Hereditates* cernuntur, HÆC admissio gradu uno non transit in alterum, sed continua serie ejus gradus *hereditatem descendentibus* adjudicat, sed iterum cum magno discrimine, ut vel ob *sexum* & *etatem* non transeat de *linea* in *lineam*, consequenter, v. gr. filia ex filio præferatur filio ex filiâ, quæ successio REGNI CASTELLÆ vocatur, cujus fundamentum est *spes populorum* de optimâ educatione eorum, qui spem regni habent justissimam. VEL

transitur ex illâ causâ, & successionem agnaticam, sive ab exemplis, *Francicam* appellant, cujus fundamentum est, ne filia v. g. ex filio regnum aliò transferat per *conjugium*, sed inter agnatos continuò perrennet.

Vide sis *Jus publicum universale*.

Titulus XXI.

De

Acquisitione derivativâ jure Gentium.

I.

EXplicuimus, quid vox *juris gentium* sibi velit. Hugo *Grotius*, quem hic unicè sequimur non intelligit illud, quod cum jure naturæ, excepto subjecto, quod hic gentes non singuli sunt, *coincidit*, sed *voluntarium*, tum quâ consilio nititur & suasionem rationis ad servandam meliùs pacem inter gentes, & definiendas

das lites, *tum* quæ arbitrariis moribus ab-
solvitur.

Vid. *Grotius* lib. II. c. VIII.

2. Equidem de iis, quæ huic titulo in-
seruntur, multa jam adduximus, de *feris*
v. gr. earumque *capturâ*, *alluvione* &c.
occasione Domini *originaliter* acqui-
rendi. Aliqua tamen omisimus, quæ
cum reliquis definitionem accipiunt è
moribus Gentium.

Ratio est, quoniam difficillimum judicatu,
uter v. gr. *feram* habeat, an, qui vulnera-
rit, an ille, in cujus agro concidit. Pro
singulis rationes militans, quæ cum in-
lites perniciosas tranquillitati erumpere
possent, *definitum* est, pro cujuslibet *gentis*
arbitrio. Nec enim in *jure gentium voluntario*
semper requiritur, ut *omnes* in ean-
dem rem conspirent, *sufficit*, si aliqui, ut
dicere possimus, ita fert *consuetudo rationa-*
lis apud has vel illas gentes, quæ si in le-
gem scriptam evaluerint, **JUS CIVILE**
GENTIUM vocari possunt; Inde etiam
factum est, ut *jus illud gentium* non semper
exerceatur, inter gentes ipsas, ut *corpora*
sejuncta constituunt, quale, *Ritus belli*,
Jus feciale, sed etiam inter *unius gentis*

MA 5

MEM.

MEMBRA invicem iisdem moribus vivencia, ut in casu mox allegato.

3. Ad *definitionem* juris gentium revocantur, quæcunque in dubio fluctuant æquitatis; nec justis ex una parte manifestam habent præponderationem, aut si habeant, *querela* tamen non omnem speciem præscindunt.

Veluti etiam in dubio *honestatis* nonnunquam ed recurritur, ut circa matrimoniarum *gradus*.

4. Præter casus supra allatos adducitur à Grotio I *Fluviale incrementum*, an v. g. fluvius exundans minuat reapse territorium, anne verò *tantum spatii* in flumine, cedat privato Dominio, quantum terræ ablatum. Ratio **AFFIRMATIVÆ** est, quoniam fluvius in *Dominio est universitatis* unà cum ripâ & crepidinæ, quam si excesserit, reliqua privatis cedunt. Ratio **NEGATIONIS** est, quòd ripa fluminis vel antiqua vel noviter orta, juris sit *publici*, unà cum alveo, cui ager privatus ex *usu* accessit.

Qui-

Quidam *media viâ* incedunt, & dicunt, quod si fluvius recesserit in antiquum litem, redire terrarum Dominium, iterumque subdistingunt, si brevi *pòst* fiat, *secùs* si longo temporis intervallo.

Ità videmus gentium *nationumque* decretis hâc in parte standum esse.

5. In *alveo* mutato *Justitia* 2. poscere videtur, ut, cùm flumen sit *in bono publico* [si territorium interluat] ex *alveo* veteri tantum accedat, quantum agri surreptum est Domino per novam *alvei* factionem.

Postulat, inquam, *aquitas*, ut infortunium unius alterius abundantia soleatur. Vid. *Grotius* ff. 8. 9. Dissentit *Justinianus* Instit. Lib. II. tit. 1. 23.

6. Quòd si 3. *Lacus* aliquot jugera privati hauriat domini, quæritur an *lacus* publico cedat? *Æquitas* postulat, ut privata sit illa portio, quemadmodum enim ager privatus esse non desinit, quamvis sabulo limove oppleatur, ità nec fundus, licet obruatur *lacu*.

Sed

Sed cum inundatio gravis facile animum Domini abjiciendi eliciat, ut in *Batavis* sæpe contigit, publico cedit, quod privatim omittitur, præsertim si ficcationem jussu principis tentandam negligant possessores terræ submersæ.

7. *Quartò*, in detrimentis agrorum per abrasionem damnum Domino cedit, ex Regulâ, *quicquid perit, Domino perit.* Et esto, quòd ex æquitate alter, cui insensibili incremento aliquid adjicitur, æquitatis jure teneretur, cum illo, cui ademta est tellus, in communionem beneficii abeat: *nihilominus*, quod insensibiliter *detrimentum & accretio* fiat, nec dici possit, *cujus agris hæc vel illa particula abrasa sit*, Gentium prudentiâ definitum, ut *uterque suum damnum & beneficium* ferrent.

8. Verùm aliter se res habet, ubi decrementum fuerit *sensibile*, & dignum contentione! si v. gr. pars agri *decem duodecimve* passuum unâ cum *arboribus* avellatur, alteriusque finibus agglutinet.

Cujus

Cujus esto? Domini prioris videtur, veluti & alia essent, quæ inundatio abripuisset, præsepe, cistas; Sed etiam ejus cui accessit, præsertim si radices egerit terra isthæc, ut pars agri videri queat. Et quid si partem ab alio possideri nolit, quod usus fluminis impediatur Domino veteri.

Ajunt, arbores novi Domini esse, si radices egerint, secus, si natent; Ita Justin. Inst. tit. all. §. 21.

9. In hujuscemodi *disceptationibus* afferri solet Regula; *Secundum naturam est, ut cujuscunque rei eum sequantur commoda, quem sequuntur incommoda* v. gr. in abrasionibus & adjectionibus fluvii; Verum hoc *illimitatè* dici nequit, nisi commoda ex re nostra existant.

Ita Grotius §. 16. Adeoque nec illæ alluviones, quod ex re publicâ, fluvio, oriuntur, devigore juris Domino agri ascribuntur.

10. Denique §. Casus ventilatur de *genitura animantium*. Si vacca mea pariat, v. gr. ex tuo tauro. Anne partus ventrem sequitur? *Regula oppido anceps!*
Certè

Certè etiam tauri particula & quidem *nobilior* in vitulum cedit, Semen, sive fermentum maritalè, κινήσεως fundamentum.

Plutarchum secuti sunt olim *Longobardi*, qui καὶ οἱ ἀμφότεροι *communem* utrisque partem voluerunt. Reliqua vide apud *Grotium* & *Jurisconsultos*, *Justiniani Interpretes*, quorum judicio, si quid sinistrè dictum, submitto. In illo consule potissimum paragr. 20. 22. 23. 25.

Titulus XXII.

De

Translatione Domini in præsens per donationem.

COMMODA [RES, Jura, & quicquid COMMODI loco tituloque venire potest] transferuntur vel GRATIS, vel cum mutua OBLIGATIONE. Quæ gratis transferuntur, vel in PRÆSENS valent, vel in futurum

rum prominent. Praesens Donatio constituit, *Futurum* PROMISSIO. Jam de DONATIONE.

Agit de illa Imperator Instit. tit. 7. lib. II.

2. DONATIO est collatio seu actus, quæ transfertur aliquid GRATIS, h. e. *Liberalitatis & Honestatis* causâ. Ejus consideranda veniunt, Fundamentum, causæ, divisiones, & qui donare possint.

3. FUNDAMENTUM est *vis Domini*. Qui enim Dominus rei existit, pro arbitrio suo agit cum illâ re, vel *retinendo, vel alienando, vel abutendo.*

Tres notabiles effectus Domini formales.
Nam (a) *retinere* potes, ut nemo tuam possessionem turbare queat citrà injuriam, multo minus *sua* eripere. (b) *Alienare* potes. Implicat contradictionem, Dominum esse & facultate destitutum, quin translocare queas, quod habes: Quandoquidem Dominium dicit omnis Juris alieni, præsertim *restringentis* absentiam, Juris inquam in RE, & ad Rem. Hinc remanet nihil præter facultatem liberam exerendam pro lubitu. Ex eadem causa (γ) *tertium*

tium fuit *destructio* sive abusus. Equidem in Civitatibus restringitur illa libertas, ne cives bonis suis abutantur, eave inutiliter destruant; quemadmodum etiam *alienationis* vis coërcetur, ut in prodigo. Cùm intersit Reip. Cives esse divites, non egenos. Sed in statu Naturali cuivis integrum est agere quod VELIT, hoc tantum observato, quod destruens & abutens re suâ, STOLIDE credatur agere, si vel *præter necessitatem* id fiat, vel destruendo damnum *sibi metipsum* inferat; Hoc casu in legem se conservandi insania illa peccare potest, v. gr. si media vitæ conservandæ destrueret, quibus destructis miserè vivendum aut pereundum foret. Adde etiam hoc, quod abutens re suâ DEO Creatori fiat *proxius*. Ut ut enim nemo in iudicium vocari queat, nec in *statu naturali* alterius jus violet, si *meo* abutar, nihilominus conscientia suæ labem aspergit, qui *peculante* DEI creaturas lacerat, demolitur, præsertim qui *vivis* animalibus, nimios labores imponendo, necessaria derogando, vivum membrum rescando insultat. Creatura enim genere dicitur libertatis *ayida*, *εὐαγγ.* *αὐθιμα*, Rom. VIII. 22. quem genitum quilibet mentis compos exaudire poterit, si attendat, tantæ elegantia creaturas à DEO opifice, non ut *peculantia* objecta, sed *admirationis* apponi.

4. CAUSA MOVENS est *vel* mera liberalitas & Honestas, *vel* gratitudini permixta. *Ibi* liberalitatem, amor, amicitia, *vel* aliud quid incitat. *Hic* gratitudinis instinctu ad remunerationem impellimur.

Nota. Doni causam gloriae aucupium esse posse, quod foedum, cum paganis agnoscantibus *virtus* exerceri debeat *SUI* causâ, Christianis *DEI*. Gratitude ingratitudinis pudor sollicitat *interius*. (Quid enim ingrato cuncto turpius, quid magis averfantur mortales?) *Externus*, *vel* donum acceptum, *vel* beneficium aliud, quo ministeria gratuita pertinent; illo casu *arbitrarius* vocatur. Hoc *GRATIALE*, *eine* discretion.

5. Jungo hic modum, cum alia donatio *absolute* fiat, alia sub *CONDITIO-NE*. *Illâ* nihil respicit, nisi quod tacite speret & expectet, donationi nihil mali reponendum esse. *Hæc* *vel* rem *vel* casum. *Si rem*, aut de praesenti aut de futuro. v. gr. *Dabo, si hoc vel illud mihi dederis*; Ego equum, si tu mihi fistulam. Hoc quidem donatio videri queat, cum

Bb

equus

equus in comparationem fistulæ non veniat. Contractus tamen est, sed inæqualis, aut *si mavis*, mixtus, ut quod compensativum superat, donationis numeros expleat. *Si casum* v. gr. mortis futuræ, vocatur, DONATIO MORTIS causa.

6. Inde nascitur *Divisio*, alia donatio est, quæ fit *simpliciter*, alia in *Eventum Mortis*. Ubi nota, vel *transfertur* Jus actu, vel *suspenditur* à Morte. SI ILLUD? Vera donatio est, sed revocabilis, si Mors secuta non sit. Si hoc, non tam donatio erit, quam *Doni expectatio* promissione nixa.

Observandum igitur, quod omnis vera DONATIO, saltem *JUS imprensens* transferat. Quid enim donatur si nihil donatur, aut transfertur. Quare *promissio* cum donatione confundi non debet; illa enim in futurum prominet, semper RE, nonnunquam JURE transferendo.

7. Donatio Mortis causa est, quæ *propter Mortis fit suspicionem*.

Forma

Forma hujus donationis *Mentio Mortis*; quam adfore suspicamur, & differt à *donatione Morientis*, si hanc conditionem non adjiciat. *Ille* autem conditio, si verè donatio sit, nunq. *suspendit* jus, licet plerunq; *rei usus* retineatur. *Hic* verò effectus ex adjuncta conditione nascitur, ut, *nisi Mors* sequatur, jus vel dominium translatum revocetur. At quod translatum non est, sed suspensum, *improprie* diceretur REVOCARI. Dicit Imperator, ob MOR-TIS suspicionem, vel proximè immineat, vel latius, ut in periculo bellico. Jure Naturæ existimo, DONATIONEM mortis causâ *vinominis* etiam saluari posse eam, quæ simpliciter fiat sub MENTIO-NE Mortis, *Non suspitione*, si aliquando Moriar intrâ hoc vel illud tempus, *Tunc erit*. Quo casu vel rei usus, vel nihil, exceptâ REVOCABILITATE reservatur, & hæc sapienter locum non habet, nisi *me vivo*, revocatio sequi posset. Nam mortui revocare nihil solent, quapropter conditio adjicitur, quam supervivere natura- le ævum permiserit.

8. Alia donatio *solum Jus*, alia cum *jure rem ipsam* transfert.

Sensus ex dictis jam patet.

9. Hic tempestivè quæritur, An DONATIO, citrà conditionem facta

Revocari queat? Quid Civili juri videatur, non discepto, nec quæ argumenta revocationis justæ, usu & judicio comprobentur. In Naturali statu *eripi* posse & *repeti* assero.

Eripi posse patet. Quia per læsionem oriri solet *hostilitas*, & hosti eripimus, quæ possumus: *Repeti*, quoniam donatio tacitam in sinu gerit exceptionem, donatorem, velut amicum testimonio probatum, *offendi* nolle. Nec oggerere juvat, nullam esse è beneficio obligationem, &c. Utique ad *beneficium referendum!* Nisi ex virtute, quæ est *obligatio Rationis*; Remanet tamen obligatio, ne alteri innocenti damnum inferamus. Quantò minus *benefactori*?

10. *Qui donare* possint, non ambigitur, Verbo, qui *dominio potiuntur*. Sicut autem infantum, v. gr. furiosorum actiones, ob imperfectionem pro actionibus humanis RITE haberi nequeunt, *Ratio æquitatis* exigit, ut, si quid à talibus donetur, æquè non donatum censeatur, ac si à dormiente promissum quid aut porrectum foret.

Misera existeret horumce conditio, nisi Lex
desi-

deficientem rationem expleret, verando in civilibus, ne tales actus *valorem* nanciscantur. Aliter paulò se res habet *inter conjuges*, qui prohibentur, ne donationes invicem exceptis quibusdam casibus faciant. Nec dos allata in bonis mariti simpliciter æstimatur, velut nec *ut videtur* uxori constituta, manente apud Maritum *usufructu*, & luxato post fata ejus Domino. Quæ omnia in statu naturali ignorantur, proinde ab *arbitrio* contrahentium, vel *Legis* modum accipiunt. Vid. Instit. L. II. tit. 8, Quibus alienare licet vel non.

II. Materia donationis est QUOD, vel in QUANTUM *domino meo* subiacet, sicque *alienationem* subire potest.

Sic etiam *fura* donari possunt, nisi quod exterius impedimentum obstat alienationi, v. gr. Debitum, Honores, Imperium, Nobilitas, per adoptionem, aut alio modo; (quamvis melius dicatur de nobilitate, fieri quam alienari, *der geschencfte Adel*.) Verbo, quicquid contractu alienatur, id etiam donatione. Hæc tantum differentia intercedit, quod hic *gratis*, ibi cum mutua obligatione celebretur translatio.

12. In regnis, quæ donantur civibus a Rege, si bona sint, quæ ad Universitatem

pertinent, non dominium, sed *usum fructum* constituunt, cùm è re fuerit publicâ, oppidò revocabilem. *Si allodialia*, veram donationem absolvunt.

Illà vocantur *bona Corona*. Hæc in propriis habentur, nomine brevitatis causâ introducto, quod licet propriè feodis, seu feudis opponatur apud *Scriptores mediæ ævi*, nihilo minus ea bona complectitur, quæ in patrimonio regis censentur, in oppositione ad ea, quæ universitatis & coronæ. Vid. *Du Fresno Gloss.*

Titulus XXIII.

De

Promissione.

I.

PROMISSIO vi *ετυμολογίας in futurum* aliquid promittit, quam secuti sumus in *titulorum distributione*. Alias promissionis Moralitas latiore aliis admittit discussionem, & elegantem. *Natura* imprimis explicari debet secundum gradus, postmodum *requisita, materia, modus,*

modus, vis quâ obligationem & revocationem.

Hoc ordine incedit *Magnus Grotius* Lib. II. c. II. quem ferè sequimur.

2. PRIMUS gradus est *assertio*, explicans de futuro animum, qui *nunc* est, ità tamen, ut perseverandi in illâ cogitatione necessitas non impendeat. v. gr. Si dicam in crastinum cogitabo, num tibi equum donare consultum sit.

Explico hic animum, quid crastinâ die *facturus sim*. Sed possum mutare consilium non physicè tantum, quæ est voluntatis meæ agilitas & naturalis inconstantia, sed & JURE, tum *negativo*, qua Licet, tum *positivo*, qua dominus sum mearum actionum ad alios nullo jure pertinentium.

3. SECUNDUS gradus est, cum voluntas seipsam pro futuro tempore *determinat*, cum SIGNO sufficiente ad *indicandam PERSEVERANDI necessitatem*. Hæc *Pollicitatio* vocatur, v. gr. si dicam, in crastinum donabo equum.

Hic promitto *actum*, non rem, *actum* tamen ejusmodi, qui non incerta spe promissarii fluctuet, sed arctiori nervo ligetur. *Ais,*

atque par jus homini in suas actiones, prout in priori ita & in hoc gradu. *R. nique*, si intra cancellos meæ personæ subsistat, at si verbis ita me explicem, ut alteri nisi jus, SPES tamen affulgeat, quam perulenter elidere in bono viro turpissimum, *hinc* ex virtute constantiæ & veracitatis, *illinc* ex metu offensionis tenebor. Quod fundamentum hujus rei à Grotio tactum existimo, cum ait, obligationem (ex Virtute) oriri ex nobis, ubi nullum sit jus (positivum civile & naturale vindicandi) *in altero*.

4. TERTIUS gradus est, ubi ad *determinationem* talem accedit *signum* volendi Jus proprium alteri conferre, quæ perfecta *promissio* est, similem habens effectum, qualem *alienatio domini* v. gr. si dicam: En dono tibi Equum, quem habeo decem abhinc milliaribus.

Verba sunt Grotii §. 4. Est enim, pergit ibidem, *vel via ad alienationem, aut alienatio particula cujusdam nostræ libertatis*. Illuc pertinent promissa DANDI, huc FACIENDI. Egregie! Observa (1) Promissionem perfectam *Jus in rem* transferre, & ad Rem, per obligationem personæ. (2) *Via* est ad alienationem hoc sensu, cum res non oppidò tradatur, Alienationis enim

com-

complementum rei traditio habetur, quod, nisi tradatur, casibus humanis interciderere possit, irrito promisso. Nam, meo quidem iudicio, ipsum jus transfertur tertio gradu hoc promissionis, vel absolute vel conditionate. Verum conditio est vel *suspensiva* vel *determinativa*. Illam voco. Si tu mihi pomum dederis, panem dabo, Hanc, pomum dabis, ego panem dabo, Ibi in *viam* & **MEDIUM** quasi res promissa collocatur, plenissimo jure, si conditio extiterit. Hic statim jus transfertur, alterum expectatur. (3) Commentatores *Grotius* alii aliter hos gradus exponunt. Quilibet suo abundat sensu!

5. In **REQUISITIS** ad promissum liquidum, reperiuntur **RATIO adulta, sufficiens scientia, libertas.** **RATIONIS maturitas** exposcitur, talis scilicet, quæ alieno regimine non indigeat, sed sui actus rei que sit conscia.

Ejus maturitatis certus limes non datur, & variat cum indole singulorum, ut jam monitum, *Grotius* alibi L. II. c. V. §. 2. seq. tria intervalla distinguit in liberis ἢ βυλιονικῆ ἀτιλῆς, imperfecti iudicii, dum abest *πραγμῆτις*. *Secundum*, dum maturatur iudicium, *tertium*, dum filius familia excelsit. Verum non nisi primum naturalia

concernit Rationis. Hic æquitatis consilio standum erit, ut in statu N. qui ferula indigent, *ινδουλειαις*, aliquid agere non censeantur. Legibus civitatum descripti sunt maturitatis & majorænnitatis termini, quibus, si contrahere velit aut promittere, etiam *peregrino* obsequendum erit.

6. Alterum est SCIENTIA *sufficiens*, qua sine actio inter morales & validas numerari nequit. Ea opponitur *ignorantia*, quæ *vincibilis* aut *invincibilis*, sed dispari cum effectu & eventu. Nam *invincibilis* absolute tollit, quod inde profectum est, non *vincibilis*, cūjus iterum gradus æstimantur, alia enim summa, alia minori industria vinci & aboleri poterat.

Plures *vincibilis* gradus extrui possunt, quod si in agente penitentia sequatur, *æquitati* Judicium committitur. Nam talia in *puncto Mathematico* non consistunt, sed latitudine quâdam oberrant & prouersiones militant, huic alterive extremo accedunt.

7. Cæterum in *pacto errantis* & promisso perplexas quæstiones agitant *Morali-*

ralista, quibus decidendis inservire creditur distinctio inter errorem de *substantia* & de *accidente*. ILLE est, quo absente promissor ab instituto suo abhorruisset, *Hic*, quo secus.

Verum difficultatibus tollendis majoribus, ne dicam, *omnibus*, tale remedium sufficere non arbitror. Incertum quippe manet Judici vel arbitro, quid sit illud punctum principale, quod promissor respexerit *principaliter & unice*, quo defraudatus pactum iniisse nolle. v. g. Emtor agri ex opinione thesauri latentis. Et sæpius accidens aliis inobservatum plus ponderis paciscenti habere videtur, quam tota rei substantia; In quo si deceptum se queratur, *quid consilii?* Sic credendum auctori, si forte alia ex causa poenituerit facti, & ad bonam fidem singula relabuntur. Hæc *ut in præcedo*. *Clarius est, & certius*, si factum aliquod promissioni substernatur, quo subruo per agnitam falsitatem collabitur etiam illud, quod illi superstructum erat. v. gr. *Promissio indemnitalis & salutis Josue Gibeonitis facta*. Quæ ex dicto argumento irrita juramenti tamen religione reconvalescere poterat, (non quidem eo sensu, ac si Juramentum pacto irrito accedens obligationem inducat, sed Eo) quod **IN RE INDIFFERENTI,**
qualis

qualis erat petita salus, non inuncta di-
vinitus deletione nisi pertinacium, utur
Error irreperit, substantiam tollens, *Ve-
neratio invocati Numinis Libertatem no-
stram restringere possit.*

8. CASU, quod *obscura & ambigua*
faltim mentis expressione compromi-
sor deceptus sit, suo quidem infortunio
dammum lueret, cum singulari *circum-
spectione* quilibet prudens uti soleat. Ve-
rum quod culpa mea id acciderit, dam-
num inde natum mea opera compensa-
bitur, non vigore *promissionis*, sed *justi-
tia.*

Dico Justitia, si alter bonâ fide scrupulosiorem
explicationis petitionem omiserit, si sim-
plicitate & oscitantia Aequitatis. At si
Ego met dolo malo, ambiguitate & falla-
ciis usus sum, omnis damni inde emergen-
tis in me non solum devolvitur, sed inju-
ria insuper labe eluenda erit.

9. Pariter *de Libertate* sentiendum,
qua sublata cessat Moralitas & imputa-
tio. Tollitur autem & minuitur ME-
TU, ejus iterum varii gradus enume-
rantur apud Actores. *Maximus*, qui
vita

vitæ periculum intentat imminens, *Minor*, qui longinquius, aut aliud quid vitæ pretio non æstimandum.

Magna inquam, hic *Varietas*, *partim* à conditione metuentis, mulieris, viri, viri iterum v. gr. literati & militaris; *partim* à justitia metus incussi & injustitia, aut si causam habuerit probabilem vel nullam, *partim* à primo subjecto incussionis, an stipulator, an promissor, *partim* à materia promissionis, onerosa sit an liberalis. E quibus tandem circumstantiis judicant, actum promissionis vel revocabilem vel irritum, vel restituendum in integrum, Quid ad hæc: *æiv* Grotius? arbitratur is §. 7. seposita lege civili, eum, qui metu promiserit aliquid, *obligari*, quia consensus adfuerit absolutus, h. e. citra conditionem. Allegat exemplum è *Seagiritæ* de jactura mercium, qui actus sit *voluntarius*, ut ut mallet res servare, si naufragium non immineret. Verùm eidem *assentire non possum*. Quia metus mortis impendentis etiam *constantissimum* confundit, eique rationis lumen elidit, & voluntatis omne arbitrium, præsertim, si procul omni spe evasionis, ut in conflictu, Morti instanti obviam eundum sit. Ut jacturam mercium minus huc quadrare haud difficulter intelligas, quæ parvi, imo nihili

hili habetur ad salvandam vitam in naufragio. *Ac vitâ ipsâ quid nobilius?* Qui inutili facto se objicit, (velut in casu fingitur,) brutum est, non vir fortis, porcus, qui venabulo jugulum obrudit. Quapropter etiam vacillat id, quod subnectit, si metus injustus (mortis) fuerit incussus, promissionem valere, sed inefficacem reddi, quod is, cui promittitur, ad liberandum promissorem *ob damnum injuriâ datum* teneatur. **REGERO**, in metu levi, seu illo, qui *Maximus* non est, & promissionem naturaliter valere, & promissorem liberari debere ob damnum injuste illatum; sed *Nego utrumq;*, in metu maximo, ex data ratione jungo & illam. Quod voluntas ejusmodi posito quod terrefactus **VELLE** possit mori *periculis*, nulla sit *idicūs*. Nec enim **VELLE** mori quavis ex causa ob **Legem & Dominium DËI** *permittitur*. **Hl. Pufendorf.** concedit quidem actum terrefacti esse spontaneum, sed requirit, ut aliquid præstandum sit, non tantum *obligationem* in promittente, sed etiam *jus vindicandi* in promissario, quod *hio deest*.

10. Materiam promissi efficiunt, quæ *Licent*, & in nostra sunt *poteſtate*. Quapropter promissio *impossibilis* pro nulla habetur, veluti etiam *illicitorum*.

PRIUS

PRIUS liquet, quoniam promissio tota nascitur *propter effectum*, quem si præstare non possis, *insensata* reputabitur promissio. Sufficit tamen, rem, quam promiseras, si de facto non sit in potestate aliquando **FUTURAM**, suspenso interim *effectu promissionis*. Sic invalidè promittit infans, nec enim habet actus suos in potestate. Eos qui possunt promittere, circumscribit Lex Civilis, citrà injuriam. Nam **LICET** promittere, non jubemur Jure Naturæ. Ast, quæ licent, restringi possunt, ut constat. Sic *clandestina conjugia* prohibentur filiorum familiæ. Quæ non licent, h. e. Lege prohibentur, in nostra facultate sita non sunt.

11. *Quæri autem solet.* Num qui aliquid promiserit, ob turpe factum [esto hoc patranti illicitum esse] promissio valeat *præsente effectu*?

Grotius quæstionem proponit §. 9. & *satis impeditè* eam resolvit, censuram ob hoc meritis à *Pufendorf*, lib. VII, c. 8. Admittitur quidem distinctio inter actum *viciosum*, & ex *causa vitiosa*. Ille non semper rescinditur, quod turpitudine non hæreat in effectu, ut donatio prodigi. Admittitur porro, quod executio promissi sit *inpendenti*, non ut putat ob adhzrens vitium, sed ex natura promissionis **CONDITIO**

PROMISSA. Sed hoc siue in eum omnino est, quod patrato v. gr. homicidio *cesset usum, complementum potius accepit suum & atrocitatem facinus, ut Pufendorfius recte regerit.* Et si promissio est turpis, quia est *illex malis, etiam executio promissionis erit turpis, quia est salarium sceleris.* Certum est, ipsam promissionem inter illicita censi. Ergo nulla est Jure Naturæ, quod si verò promissione illicitâ beneficio Juris Naturæ & *favori renunciet promissor, utique tenebitur exolvere promissum, quod exigendi à se ejus potestatem sic arse fecerit.*

12. **MODUM** promissionis quod attinet, sine dubio actum externum requirit, ut de sensu meo constet, quod etiam nutu fieri poterit, præeunte quæstione, **PROMITTIS?**

13. Etiam **PER ALIOS** obligamur, si constet, alterum *mandato* nostro defungi, & *nostro nomine* aliquid polliceri. Quâ in re signis & documento non fallaci opus.

Vide Grotium §. 12.

14. **DENIQ;** ad vim accedimus promissi. Unde nam derivatur obligatio,
ut

ut promissis standum sit? R. Hoc inde est, quoniam promissione in virtutem promissoris relata dubio eventu conventiones humanæ fluctuarent, quo malo nihil atrocius ad evertendam generis humani societatem & tranquillitatem.

Posito enim, falli licite promissa, h. e. cum jacturâ solum honestatis, orietur confestim diffidentia, ex diffidentia, metus, cædes, & in solo potentia præsidio, quod in singulis imbecillimum, securitatis aucupium. Audiamus Franciscum Connanum, negantem simplices promissiones, quæ *εὐδαιμονία* non habent, vim aliam habere quàm ex virtute. (1) Quia par sit vanitas credendi, quàm multa temerè promittendi. (2) Pessundari fortunas, si ex proclivitate hominum ad promissiones oppidò *πῦρ* nascatur, cum sæpius ostentationis causâ fiant. (3) Relinquendum esse aliquid generose hominum voluntati, & virtuti. Ait tamen à Legibus vim accedere, aut ex contractu, aut ex factâ jam traditione. Verùm Grotius (1) absurdum judicat, everti promissiones & fœdera summorum Imperantium, si in verbis adhuc negotium steterit. (2) Cur à Lege ab universis latâ possit obligatio proficisci, non à voluntate singulorum?

Cc

(3) Vo-

(3.) Voluntate efficaciter res nostras transferri, cur non etiam *jus ad res*? Vid. Grotium §. I.

15. Ut *obligatio* penitus *convalescat*, opus est *acceptatione*. Velut enim *donatio* nulla est, nulla *translatio*, si desit *terminus Translationis AD QUEM*. Ita pariter *promissio* facta ei, qui nolit *sibi* quicquam *permitti* in *irritum* recidet *mansuro* apud eum *omni jure*, qui *transferre promittendo* decreverat.

16. *Revocari* potest *promissio ante acceptationem*, nondum enim *naçta* est *complementum*, dum erat in *transitu*, & quâ *viâ*. v. gr. Si *litteris pollicear* aliquid, & *moriatur* alter, antequàm *litteras* *acceperit*.

CASUS. Si *Sempronio* aliquid *promittam* *absenti*, sed per *presentem Titium*? *quæritur*, quando *perfectionem* suam *promissio* *adipiscatur*? *Distinguit* Grotius, Aut *Titio* *promitti*, ut *Sempronio* *des promissum*, aut *Titio* *promitti nomine* *Sempronii*. *Primo modo* *suscipitur* *negotium* & *geritur* *pro alio*, *valiturum* si *Sempronius* *acceperit*, *suspensâ* *interim* *promissionis*

RE.

REVOCAELITATE. *Falsitas*, non
tàm TITUS ~~est~~ accepta se re-
putabitur, tàm *Commissarius* seu Man-
datarius.

17. Promissionis FALLACIÆ sunt

Reservatio Mentalis, & mendacium. IL-
LA verbis ambiguis imponit, reservato
interius sensu; Et vel *Crassa* est, vel *sub-*
tillior, illa determinato sentui in verbis a-
lienam animo explicationem affricat.
Hæc quæ indeterminato. *Crassa* peni-
tùs *excluditur*.

Nota (1) *Reservationem* non habere locum,
nisi cum verbis exterius prolatis *varius*
sensus, & diversa explicatio, prout geni-
us linguæ fert, apponi queat; v. gr. Si
dicam, ibo in patriam, & intelligam que-
situs, non terram, unde ortus ortus sum,
sed *in aia*. Moriar, i. e. *Spiritualiter*. Quod
propterea moneo, ne *Reservationi* dolosa
integrarum propositionû *reticentia* ascri-
batur, v. g. Si quæsitus Cain, ubi Frater A-
bel esset, respondisset, NESCIO, subintel-
lige, *ut tibi dicam*. Hoc enim modo mani-
festum *Impostorem* agit, qui voces *determi-*
nate significantes profert, sed aliud quid,
& sæpe contrarium animo occultat. Quo
nomine censuram totius orbis Christiani
meruerunt *Jesuitæ*, laxissimi *Moralistæ*, qui

per hoc artificium honestis viris indignum, omnem Justitiæ viam & Judicii forensis inquisitoriam facultatem turpiter eliserunt. Reus enim quilibet, affirmando & negando, prout ipsi fuerit visum, secretas, & dictis contrarias opiniones velare poterit. (2) Verba taliter comparata sunt, ut *veram* tamen & *directum* sensum admittant, sed *compatibilem cum alio*. Si enim determinatè unum quid significet, *Reservatio*, nisi crassa illa Lojolitica, *non habebit Locum*. (3) Causa, cur audiens verba mea aliter à meo sensu accipiat, diversimodè exeritur; Vel enim casu id contingit, aut destinato consilio. *Illud* veniam meretur, nisi causam dederis consilio? iterum tam gestu, quam situ circumstantiarum in quærente *iter quasi complanatur ad fallaciam*. Per *gestum* unica vox & affirmationis & negationis vices subire potest. *Circumstantia quærentis*, & quærendi maximè *intentio* fraudi occasionem dant, ne meo sed suo sensu capiat alter mea verba & responsionem; v. gr. Si quæsitus Abrahamus Saram sororem suam adpellat, sine dubio Abimelechus *veram sororem intellexit quærendo*; An soror tua est? (4) Dispiciendum erit, si quis Reservationem mentali uti velit, ne ansam præbeat damno & injuriæ, quam forte alter verborum *ἀμφιβολία* deceptus incurreret, veluti Abimelecho contigerat.

18. Reservationibus CRASSIS, veluti *imposturis* uti. *nunquam* LICET, nec ullis aliis, si *jus quoddam* in proximo quærente violent.

(a) Probatur *primum*, quia Sermonis usus & officium SIGNI in verbis hoc modo penitus destrueretur, certissimo societatis humanæ damno. Quis enim fideret proximo, quis rebus suis satagere posset, si affirmatio idem est ac negatio? Contule omnium instar *litteras provinciales Montalini*, Epist. 9. Præterea (β) *Injuria* proximo infertur, si quærendi & verum sensum discendi *jus* habeat, ego ambiguis verbis in Erroris præcipitia nihil merentem conjiciam, summo *Justitiæ rerumque suarum* damno & scandalo. Atqui *tacitum* iniere *pañum* mortales, ut sermone, velut SIGNO animi utamur, nec *abutamur* ad dolos & fallacias generi humano nocituras. Læditur autem proximus, *partim*, quod ejus non expleam, *partim*, quod crudelitate si-ve simplicitate ejus abutar, *partim*, quod damni causa existam, si quod ex erroneo verborum sensu & sensus acceptione sequatur. Denique (γ) *crescit flagitium*, si *jus* illud humanitatis in genere, alio speciali jure *accessario* roboretur, v. gr. in societate mercatoria *contrahens*, in foro *judex*. Nec minus si circumstantia rei, temporis,

poris, loci, exigant, ne verum dissimulem, ambiguo sono involvam, sed ut determinatam animi sententiam submovendo damno *fideliter* expromam. Quod damnatum, quo majus vel levius, eò graviori vel leviori peccato me obnoxium reddit, si causa ejus dolosa ἀποβόλη existam. Ex quo *consecrarium est*, in promissionibus & contractibus, ubi jura transferuntur, omnem reservationem exulare.

19. Interea non negatur reservationibus *uti licere*, versus Eos, qui quærendi & verum directè vel indirectè sciendi *nulum jus habent*. Aut si reservatione ingens commodum *quærenti* comparatur, vel si Reservatio alteri *non nocet*, mihi impensè profit.

Ad (1) Excluduntur ii, qui *curiosi* nimis aliena negotia percontantur. Nec enim illi *sciendi jus habent*. Modò caveatur, ne *damnum per consequentiam* inde sequatur. Ad (2) notatur, quòd jus verum sciendi, ab eo suspendi concipiatur, qui *verum sciendo* magnum sibi malum attraheret, quod etiam in *Mendacio* valet, v. g. Si furiosus & armatus hostem quærat & à me sciende scire velit, ubi delitescat. Sine dubio *presumi debet*, cessisse jure suo sciendi veritatem, & ex illà *cessione* jus naturæ ansam

ansam arripit dictandi, *Ne dicas veritatem.* Ratio, quia NEMO LÆDENDUS. At læditur, v. gr. si furioso veritatem non reticeam, vel falsum dicam, aut depositum ipsi reddam, quia par casus. Ad (3) nota *Exemplum* pluribus aliis illustrandum. Si hostis me occidere velit, & querat me, an ille ipse sim, *dubius in personâ.* Quis negaret Reservationi, imò trabalibus mendaciis, melius dicam, falsiloquiis, hic non tam *locum* quàm *opus* esse, cum illi homicidæ non noceatur, me *verò salutis* consulatur. Vid. *Puf. de Seruone ejusq. officiis.*

20. MENDACIUM est *falsiloquium cum alterius INJURIA.* E. mentiri nunquam LICET. Sed *dupliciter* falsum loquimur, TUM si verba *res* non consonant, & *menti*; CUM si mens verbis quidem concordet, non tamen *verba res.*

(u) Distingue *falsiloquium* à Mendacio. Illud injuriam non habet. E. licet. Si beneficio cedat, oportet falsum dicere. (e) Aliud est non *innua* dicere, aliud *mentiri.* (y) Nec mendacium est, si dictio plures sensus admittat, modo unus ex illis *animo* conveniat. Quemadmodum etiam ille, qui rem non novit melius, falsum quidem loquitur,

non mentitur ; Sic qui verum dicit, h. e. si verba facta consonent, mentiri potest, si *falsumputer*. Videtis plura apud *Grotium* l. 3. c. 4. ubi etiam de *simulatione* agit.

Titulus XXIV.

De

Juramentis.

I.

Promissis ingens robur accedit per *juramentum*, cujus hic *Naturam*, *diversiones precipuas*, *efficaciam*, *materiam* explicabimus, ut *est* *questionem*, an omnimodis jurare *honestum sit* ; **JURAMENTUM** *definiunt*, quòd sit *asseveratio Religiosa*, quâ *Deus* in testimonium vocatur *veritatis*.

Nota (1) *Esse asseverationem religiosam*, quæ *DEI* venerationem præ se ferat, vel *verus* ille *Deus* sit aut *falsus*, modò *verus* in animo jurantis habeatur. (2) *Necessarium non est*, ut *expressa mali imprecatio* adhibeatur, nam qui *DEUM testem* advocat, ille etiam *ultorem*, cum *DEUS* ludibrio se haberi non sinat. Advocatur autem *testis*, aut *liquida provocatione*, *DEUS* *testis*
Meus

MEUS esto; vel involutis, & indirectis: *Quam verè DEUS vivis.* (3) In testem quidem **DEUM** vocari, interim Juramentum pro testimonio **DEI** ipsius haberi non posse.

2. Adeoque juramentum non est *votum*, nec execratio simpliciter facta, sine testimonii vel expressâ vel tacitâ imploratione præsertim cùm *materia præsens* id non ferat.

Sic Vota fiunt & devotiones ab assuetis. Tacita testimonii imploratio fit, cùm ultioni me divinæ in causâ firmandæ veritatis devoveo. Ita me **DEUS**, *ut ego hunc porcum*, ex antiquâ formula. De formulis longæ subtilitatum ambages. Videlicet *Comment.* & *Philologos.*

3. Nec est mera *obtestatio*, quando asseverans comparisonem instituit inter *res alias* sibi charas, & *rem* promissionis causâ præstandam.

V. g. Si Josephus jurat per *vitam Pharaonis*, aliis verbis dixisset. Quam pretiosa mihi Pharaonis vita est & caput, tanti erit *rei*, de quâ loquebar, *præstatio*. Huc pertinent formulæ, *QUAM vivo, id faxo*. Aliter sentiendum, si res comparata noxam inferre potest ob præsentiam numinis illam

regentis. V. g. Si per *caelum* fiat dejeratio, scabellum DEI, vel *Solymas*, ejus habitaculum.

4. Toties dividi potest *juramentum*, quoties materia, propter quam fieri solet, mutabitur. Generatim dispescunt in *Affertorium* & *promissorium*, illud de *veritate*, hoc de *facto* præstando testatur.

De variis *divisionibus* videantur Juri, v. gr. de juramento calumnie, purgatorium, suppletorium, Credulitatis, in litem &c.

5. Ratione *obligationis* seu efficaciam EX OPINIONE hominum dividi potest in *solemne* & non *solemne*. Illud veram juris efficaciam habere creditur, Hoc *secus*.

Observe (1) Hominum *opinionem* certis actionum circumstantiis duci, ut *serio* aliquid dici fierique credant, saltem ne vehementi cuidam passioni & repentinis animi motibus sed destinato consilio tribuant. Fieri enim amat, ut levissimis instinctibus & citrà causam *rapiantur* mortales, quibus non tantum jus civile, velut irritis coniver, sed & consuetudo *κατά τὴν φύσιν*, v. gr. *promissioni* & *voto* ex ira, crapula vel apparente animi levitate, aliisque turbati animi indicijis profectæ. Obs. (2) *ex opinione*
homi-

hominum rei veritatem non tolli, v. gr. qui *temere jurat*, reapse DEO se devover, æquè ac si coram *judice solenniter* jurasset, hâc tamen cum exceptione, ut peccatum augeatur, si *perstentia* fragilitati accesserit. (3) Solemnitatem agnoscimus *partim*, si certis ritibus aliquid patrat, ex quibus non turbato animo, sed *perfectum consilium* deprehendi queat, v. g. *Juramentum corporale*, quod vocant, *partim* ex cumulatione, actionum & circumstantiarum inter privatos, quibus communiter serium consilium & imputandi vis imputatur. Illam vocare liceat *publicam*, hanc *privatam* solemnitatem, *latine satis*, cum, quod usu ritum, *solemne nuncupetur*.

6. *Efficaciam JURAMENTIS* maximam meritò tribuimus. Ut tamen distinctè procedamus, si *nuosi* hujus materiæ *recessus* exigunt. (a) *ἐξαρώνιον* est, Juramentum *vi quadam* pollere in negotiis, alias frustra adhiberetur, Ea tamen vis aut civiliter aut naturaliter exeritur. *Hæc latius patet quàm illa.*

In foro *civili* non omnis asseveratio Religiosa efficaciam habet; sed tamen divino. Ibi ne juramentum quidem est, quod ad regulas à Legislatore præscriptas non exhibetur; *Hic omnis* provocatio ad DEI testi-

mo-

monium & devotio proprii capitis obligationem homini adducit. Idque *naturaliter*, cum actio *quavis voluntaria* non tantum Moralitate polleat, sed & *vi obligandi*, quâ seipsam vincere voluit; Nam *volendo obligari*, jam obligor naturaliter, ut volitio alienandi dominii, jam *obligat ad translationem*, modò adfit *terminus ad quem*, cujus absentia non tollit obligationem, quasi nunquam adfuisset, sed *irritam* reddit.

7. Prætereà (β) Juramentum *propria vi*, non aliena occupat hominis jurantis Libertatem, utut civiliter non vinciat seu obliget, nisi *ex pacto*, cui accessit.

Obs. (1) Omne *juramentum* alicujus rei gratia fieri. Quis enim jurat *dicis gratiâ*, nisi *improbis*, seu *amota mentis*. Nisi excipias militem & profanos, Juvenes, qui jurant *authoritatis gratiâ & venustatis*. SCILICET. *Plerumque* verò juramentum est, quod esse debet FIRMAMENTUM VERITATIS. (2) Illa veritas, si *factum futurum* respicit, non existit, sed *existura* est, non simpliciter, sed ex facultate OPERANTIS, quam si lege vincitam & impeditam ponimus, EXISTERE Moraliter nequit. Quapropter etiam juramentum cadit in irritum, *sublatâ REI firmandæ Substantiâ*. Saltim obligatio expirat, *vis illa*

illa moralis, quæ propter moralem illam existentiam nata erat. (3) Cum verò J^uramentum in SEIPSO, (quicquid sit de ejus officio,) *vinculum sit libertatis*, vincire de facto putabitur, si objectum inveniat *ligabile*, qualis actio promissoria rei *indifferentis*. Equidem ipsa promissio jam tollit particulam libertatis, ut *Grosius* supra monuit, ne libere fiat ulterius vel omitteretur, quod promissum est, nihilominus J^uramentum accedens *vehementius ligat*, sine dubio *duplicacione* vinculi. Quod in terminis clarissimum esse arbitror. Casu igitur, expirare promissionis efficaciam, v. gr. *ex errore*, ut titulo antecedente notatum, Res promissione hactenus ligata ad *indifferentiam* priorem relabitur, Veneratio tamen Numinis, cujus cum obtestatione facturum nos aliquid promissimus tamdiu *partialem* suam vincendi efficaciam exeret, donec ex damno considerabili inde emerituro, quod injuriâ datum est *inordinatus* v. gr. deceptionis in pacto eluendum est, sufflaminetur. Sic Josua ex pacto quidem *non ligari* censetur, sed JURAMENTO, in re prorsus indifferenti, *sibi aliisque innoxia*, h. e. salute Gibeonitarum. Ea vis Juramenti probatur Hebr. 2. 6. cum DEUS *Ens liberrimum*, qui promisso se devinxerat, id insufficientis reputabat, quin & Juramento VELUT NOVO VINCULO se obstringeret.

8. (γ) Ut juramentum sit validum, requiritur *obligatio ad rem licitam*.

Quod ex o. antec. patet, & rectè monet *Grotius*, illicitum fieri, *obligatione* non tantum, si versetur circa objectum lege prohibitum, sed etiam si executio promissi majus bonum **MORALE** *impediat*, quoniam **DEO** *profectum in bono* debemus, nullo jure, quod veniam det eripiendæ, hæc in parte liberratis. Ex hoc capite *Votum* *non valet*, *Math. XV. 5.* Vid. *Grotius* §. 7. c. 13.

9. (δ) Effectus *Relativus* [nam priores sunt absoluti] in judiciis est *decisio litis*. Cùm enim homines interiora animorum explorare non possint, & hætenus asserto simplici standum sit, extremum erit, quod præterequeant, si caput suum *diris devoveant*, & **DEUM** fraudis ultorem in testimonium vocent.

Quid igitur horrendum magis *perjurio*, quo **DEUS** ipse naso suspenditur?

10. **RELATIVUS** ergà *seipsum* est, *Ligatio libertatis*, versùs **ALIOS**, *Cessio JURIS*, quæ non solum à promissione, sed ab *ipso juramento* suspenditur.

Equi-

Equidem in civilibus actioni à Juramento robur & autoritas accedit, saltim, TAN-
 QUAM documento humanitatis ultimo, sic habere rem, prout exterius præfertur, ne judicia *in incerto* fluctuent. Sed in jure naturali Juramentum suâ indole *jus* transfert, licet non *vi socialitatis* (quâ pactorum securitas nititur) sed RELIGIONIS; quanquam aliunde societatis humanæ intersit, Religiosas actiones non profanari. Juramentum tamen *nullam obligationem* versùs alium fundare creditur, si eum in modum concipiatur, ut potius DEO votum faciam, quàm *fidem alii* obstringam, v. gr. Dii me perduint, nisi cer-
 gum Mevii dedolavero; vel, nisi arbores meas succidam omnes, quæ *fecisse* vel *omittere* alterius Jus nihii attinget.

II. *Curiosius* disceptatur, num Latroni *fides jurata* vi legis naturalis servanda sit? R. cum discrimine. *Promissio* ipsa in nihilum recidit, ipsoque juris defectu laborat, si eam *metus maximus* extorserit. Si Juramentum accessit, Libertatis jacturam hostis causa factam *Religio solabitur*, non temeranda in re indifferenti, nec nimis damnosa.

V. gr. Si fidem Latroni obstrinxerim *redimenda*

menda vita causa, pro centum florenis, quorum expensa nec mihi nec rei familiaris gravis accidit, quidni potior Religio, quam tantillæ pecuniæ jactura sanctioribus animis erit? *Ans.* hæc ex virtute laudem habent, non ex jure necessitatem; ESTO jus non esse, quod latro à me exigat, adest tamen officii necessitas ex religione & lege se conservandi. Dicam quoque socialitatis. Quoniam latronibus nisi fides habeatur, iis, qui mala fortuna in nefarias eorum manus incident, indubia nece perendum erit.

12. Tandem quæritur, an OMNINO jurare liceat, in causis; ubi *necessitas* exigat, & *superioris* voluntas? R. omninò, nec ultimum flagitii vestigium in tali actu deprehendo, cum sit *cultus DEI*.

Grotius §. 21. excipit juramentum promissorium rei incertæ. Sed falli videtur, etiam si de Christianismo intelligat; Juramentum enim promissioni additum, tacitam secum fert exceptionem, nisi DEO aliter visum fuerit, actum impossibilem reddendo. Nec tamen temeraria jurandi proclivitas probatur, sed Religio rebus gravissimis adhibita, DEUM verò testem reverenter, & ad faciendam majorem fidem advocasse, quid quæso impietatis & proterviæ

tervix continet. Servator Optimus Judiciorum jurandi levitatem & Cacoëthes, non sanctitatem religiosa asseverationis reprehendit.

Titulus XXV.

De

Obligationibus.

I.

Multa jam *hac in re* in superioribus Mallata sunt, sed quoniam de *contractibus*, h. e. conventionibus cum mutua obligatione dissertatio restat, præmississe aliquam terminum *dilucidationem non poenitebit.* Nam *obligationes* variè sumuntur, aliter apud *JCtos*, aliter apud *Moralistas*; *Hi* latius extendunt significationem, *illi* arctius compingunt.

(*) *Illis* enim obligatio plerumque audit, quod *actionem* parit, quatenus *persona* obligantur de rebus ad quas, & in quibus nobis jus est. *Hoc* respectu terminus obligationis contractuum & maleficii fines non excedit. *Obligationi* vindictio connectitur, ut *civilliter* judicio contendere liceat

D d

circa

circa jus natum nobis ex obligatione, quæ non dari perhibetur, nisi in iis conventionibus, quibus Legislatoꝝ civilis hoc jus & facultatem dedit. (β) Sumitur pro effectu formali legis. (γ) Denique pro omni circumscriptione, naturalis licentia, quatenus mihi non omnia licent, vel ex virtute, vel Lege, vel æquitate, aliis tamen aliquid Licet in NOS, & nostros actus.

2. Obligationum civilium rationem exponere alienum ab instituto presenti judicatur, quum non ex arbitrio Legislatoris, qui terminos ampliare & restringere potest pro lubitu, sed ex natura rei conceptus metiamur. Unde statuitur, obligationem esse necessitatem, qua aliquid in Nos licet, cui necessitati respondet jus alterius, seu Licentia in nos.

Jure Natura sine interventu actus, Homines sunt æquales, & cujuslibet licentia agendi per facultatem lege, & alterius facultatis coexistentiã mensuratur, terminatur; Sic quilibet suam, ut ita loquar, atmospheram habet, quã unus quorundam non à dicitur ab altero sejungitur. Quoniam verò homines sine mutuo commercio voluntatis, actionum, rerum, vivere non possunt, evenire debuit, ut aliquid alteri in alterum LICERET.

CERET. At intererat societatis humanæ *Licentiam* illam non *pro lubitu* esse revocabilem, proinde necessitatem injunxit ipsi *voluntas* hominum non erratica, sed *Legē* naturæ & ratione *munita*, quatenus quod » semel placuit, æternum judicat, nec mutabile unius tantum partis arbitrio.

CUR HOC ? Quia ratio ostendit, sine hoc *decreto perennitatis* interituram societatem humanam. Hinc *Lex* : Pactum servandum tamdiu, usquedum *utraque pars* consenserit in solutionem pacti. Quapropter mutuo voluntatum nexu fores vel utrinque vel ex alterutra parte aperuntur, ut *alteri in alterum aliquid liceat*. Posito enim voluntates duas convenisse, ratio exigit, aliquid *adesse*, circa quod conventum erat, aliàs *utraque pars libera in suo circulo* mansisset. Non autem, si altissime rem repetamus, conveniunt voluntates nisi circa id, quod primum est in omni **CESSIONE**, *Licentia*.

3. Duo igitur sunt in *quavis obligatione* **LICENTIA & NECESSITAS.**

HÆC vel à *Ratione* tantum oritur, vel à *lege* naturæ. *Ibi* Honestatis tantum virtutisque habetur ratio. Sic *beneficiarius* obligatur ad gratitudinem. *Vel à*

Dd 2

Lege,

Lege, ex quo jus nascitur alteri VINDICANDI illam licentiam si impediatur.

Sed aliud *Lex naturæ, aliud civilis permiserit. Lege naturæ pacta servanda sunt (h. e. Licentia dari actum, de qua conventum erat) & consequenter vindicari possunt SIMPLICITER. Lege Civilis certantum pacta ex præscripto Legislatoris. Sic nudæ pacta & promissiones vim vindicandi jure Romano nullam habent.*

4. LICENTIA datur vel ad *actus meos, vel res. Licentia ad res expedita est, si dispositio meæ voluntatis circa illam non impediatur. Posito autem impedimento vindicatur, verbi gr. promissam rem Titus Sempronio promissori vi eripit.*

5. Datur verò etiam *Licentia in actus* idque *dupliciter, a) ut ACTUS sit id in quo licentia mea terminatur; v. gr. Si Titius Sempronio operas suas promisit, vel (β) ut actus ille sit medium consequendi rei, in quam agere, & circa quam ex Licentiâ disponere licet. Utròque modo*

modo PERSONA obligatur, *Actiones enim sunt suppositorum.*

Vicissim, quando in RE terminatur *Licentia*, RES obligari dicitur, sed *invegens*. At quoniam *Rem meam* consequi non potero, nisi per *actum persona*, quatenus v. gr. possessor rei meæ tenetur ad REDDITIONEM, Persona SEMPER OBLIGARI, & quidem PROPRIE censebitur, distinctione illâ juris *in re & ad rem* ad forum civile relegatâ, quatenus ibidem *res non semper personas* prosequi licet.

6. Ex his altissimis principiis emergit *triplex distinctio* obligationis relatè ad ORIGINEM. *Alia* enim ex *fide* est, alia ex *Dominio*, alia ex *Maleficio*. PRIMAM, quæ ex *fide* est, h. e. promisso, *omnium contractuum anima*, jam superius explicatam dedimus. *Secunda* ex *Dominio* ab iisdem, quibus pactum fontibus derivatur. Nam ex *proferes* allatâ, quod quælibet *Voluntas* suam *atmosphæram & circulum* habeat, in quo degit, ex quo non egreditur nisi *volendo communicare aliquam licentiam SUI*. In-

de fit, quod si *pars aliqua* circuli decerpatur, vel licentiam alius sumat in *re mea*, quam *ipsi non DEDERIM*, *Mea res MANEAT*, utut ab alio possessa.

Quoniam autem Res mea *spontè ad me* non redit, eam *arripio*, ubicunque demum inveni- am. AIS. Cedò verò obligationem quo alter ad redditionem REI *non sua* teneatur? *¶* Hæc *in eo sita* est, quod tacito pacto mortales invicem *mutuam sibi licentiam* dederint, *vindicandi* res suas, & si haberi nequeant, nec tantundem in *bonis*, in actus personæ, Jus detur necessitate ligatos nec sui Juris & libertatis, usque *dum restitutio* fiat. Præsumitur verò pactum, quod molesta sit *inaequalitas* generi humano, quam tollere voluisse eodem argumento colligitur. En verò inæqualitatem, cum unus & *sua*, & *Non-Sua* possidet, alter NIHIL.

7. *Tertiam obligationem EX MALEFICIO* pariter resolvimus. Nam *tacitum pactum* violatur ortâ *inaequalitate* per *injuriam damni*, & quod alter *plus Licentiae* in alio sibi *sumserit*, quàm *dedit*.

Hac ratione *circuli miscentur activitatis*. Et absolum est cogitatu, per injuriam aliquid

quid rerum mearum decerpi posse, & *Licentiam* in ME dari, quam non DEDE-
RIM. *Si ultra queris?* Cur circuli *tur-*
bandi non sint. R. (*) quia est contra *pa-*
ctum tacitum ex metu inæqualitatis, cujus
 extremus gradus turbata & eversa homi-
 num societas. (β) Ex *natura Domini* &
 voluntatis, quæ sui manet juris, nisi *sua*
ipsius actio aliter disposuerit. (γ) Ex *modu-*
lo facultatum, quæ singulis licet, quantum
 lege non prohibentur, at LICET agere,
 quando *justè inhiberi non possumus*, quod
 utique fieri amat *in damno & maleficio.* Bre-
 vissimis obligatio ostenditur ex *Lege*, NE-
 MINEM LÆDITO, cujus ratio consistit,
 ut dixi, in vitanda inæqualitate, & pro-
 movenda societatis tranquillitate. Esto
 socium læsum esse, Restitutio in inte-
 grum evincitur, & *Lacuna vel ulcèrè vel vi*
suppletur. Et recte monet *Pufendorfius*:
 » Frustra obligaturam legem, ne ledamus,
 » nisi etiam *reparationem* factâ læsione in-
 » jungeret.

8. Obligationem, quæ est ex domi-
 nio, id peculiare, ait *Grotius*, habere, quod
 rerum & *extantium & non extantium* vin-
 dicias suppeditet, nec *vindicias tantum*,
 sed *ultroneam redditionem.* PRIUS
 patet. Quoniam dominus non rem

duntaxat, possidet, sed omnes quoque infinitâ serie hinc emerfuros *fructus*, qui *si cum re* in alienas manus inciderint, vindicari summo jure possunt, ex causâ quoniam redditâ re, alter nihilominus maneret, *ex re meâ me locupletior*, per consequens mihi *inequalis*. Etiam POSTERIORIUS, quoniam introductis dominiis id placuisse primis autoribus præsumi potest, ut qui alienam rem possideret, *eam ultrò redderet*.

Rationem reddit *Grotius l. 2. c. 10. §. 1.* Nimis enim debile fuisset dominium & nimis *sumptuosa custodia*.

9. Obligationem ex *maleficio* in DUOS ramos dividimus, *una* est ad *restitutionem*, altera ad *pœnam*. VEL si mavis ad *restitutionem publicam & privatam*. Privatâ repetitur, quicquid ad *replendam inequalitatem & redditionem juris* pertinet. *Publico* restituitur per *pœnam temerata tranquillitas, securitas societatis civilis & humanæ*.

Videsis

Videsis dicta de *pœnis*. De cœtero nil inter-
 est, an *proprio*, an *aliis* facto, vel *impurus* vel
impurus damnnum dederis. Sic teneris, cum
 seruus tuus nocuerit, si quadrupes pau-
 periem fecerit, vel honorem, vel bona læ-
 feris. Sic homicida impensas tenetur sol-
 vere, tantumque liberis & vidua, quan-
 tum valebit *spes alimentorum ab occiso*. Qui
 mutilavit, *tantum*, quantum minus pote-
 rit lucrari, qui *thorum alienum* maculavit,
 prolem alere, damnumque rependere te-
 nebitur, & quæ alia adhuc *Exempla* re-
 censer *Grotius* Lib. 2. c. 17.

10. Hactenus de *ortu* obligationum;
 Quomodo *occidant*, liquet, in pactis, *ces-
 sione* utriusque partis voluntaria, *explica-
 tione* juris [quod in debitis *solvendo* fit]
dominii derelictione:

Vid. etiam *Grotius*, quomodo *Imperia* & do-
 minia *describant* l. 2. c. 9. & *titulus* 30. lib. 3.
Instit. ubi par. 1. Acceptilatio (vqz Theo-
 logis nota) numeratur inter *modos*
solussionis dum accipitur **QUID**
pro quo.



Titulus XXVI.

De

Contractibus in genere.

I.

Magnam partem Juris civilis *contractuum tractatio* occupat, & quid homini familiarius ac *pacisci*? Sectabimur pro more summos apices, spectando *contractuum naturam, divisionem, fundamentum, interpretationem, cautelas* sive generalia observata. Naturam quod attinet, definitio, est *PACTUM cum mutua obligatione.*

(α) *PACTUM* generis locum occupat, non enim omne *pactum* est *contractus*. Definiunt *pactum*, quod sit duorum vel plurium *consensus in idem placitum*. Sic *pactum* & *conventio* coincidunt. Datur *pactum* *μόνολυρον*, quatenus ex una tantum parte *gliscit obligatio*. Hic mutua est & *pactum* *διπλυρον*. (β) *Obligatio* hic non sumitur *sensu forensi*, quæ parit *actionem*. Hoc modo dantur *contractus unilaterales in jure civili*; *Sed Philosophico Morali*, quatenus in statu N. ex *pacto, maleficio, dominio, nascitur vindictio*. (γ) *Cum mu-*

TUNNO

tantum dicimus, partim non excludimus ordinem, ut in una parte obligatio oriatur, in altera terminetur; partim obligationem intelligimus, ne noceatur occasione actus in contractu principalis, v. gr. *Mutuum* est contractus beneficus, quod reddit id specie, numero, mensura. In *mandato* redit ad indemnitatem obligatio & sic porro. *ALS*, hoc etiam esse in donatione, tacite enim obligatur beneficiarius, ne noceat. *¶* Hoc non vindicari posse ex actu donationis, sed aliunde, scil. ex lege; *neminem laedito*. At mutuum vindicatur, occasione ipsius actus in contractu prominentis. *Grotius* distinctionem in eo ponit, quod contractus beneficus non alienet, ut donatio. Quod admitti potest, si neget alienationem speciei. Adest tamen alienatio individui, cum omnibus dominii requisitis. Quid si dicatur esse alienationem perfectam cum conditione, ut reddatur idem sc. specie? faciles sumus. Quod utique non est *permutatio*, quæ versatur inter diversas species. Sed de terminis non est litigandum.

2. Contractus miris modis & perplexis dividuntur in civilibus & Romano jure, alii sunt *civiles*, alii *juris gentium*, *Alii* actionem dant, & *causam* habent, alii *secus*.

secus. Quidam *nominati*, quidam *innominati*. Principalis divisio est in *contractus* & *quasi-contractus*. Illi subdividuntur in species, dum *alii re*, alii *verbis*, literis & consensu contrahuntur.

Vid. *Instit.* lib. III, tit. XV. Quot ferè *verba*, tot *ulcera*, si ad rigorem *justa divisionis* omnia exigidebeant. Provoco ad *quere-las* J Ctojum, Omnis *contractus*, qui inter *nominatos* ex formula sedem non habet inter *innominatos* promiscuè rejicitur, *impari* cum *nominatis jure*. Hæretur in *litera legis* & *recte*. Sed sollicitam de *injusticia* mentem in suspensio tenet *illa confusio*, quæ à *justo contractuum* Naturaliter talium, (nam de civili efficacia non disputo,) *divisione* quivis deprehendit alienissimam.

3. In *jure naturæ* *Contractus* omnis *vel solo consensu* absolvitur, *vel secus*. ILLE præter *signa mentis*, *verba* sint, vel *literæ*, vel *nutus*, nihil requirit. HIC *solemnia* postulat *literarum* vel *verborum*, ut in *stipulatione*. CONSENSUS alius est *vel presumptus* vel *expressus*, &c.

4. Itē.

4. Iterum & melius; Contractus est
 „ vel *substantialis* vel *accessorius*; SUB-
 „ STANTIALIS est vel *beneficus* vel
 „ *permutatorius*. Beneficus est, qui non
 „ *mutuam* habet, saltem *non parem UTIL-*
 „ *LITATEM*. Hicque *beneficus* contra-
 „ ctus vel transfert *DOMINIUM*, ut
 „ in mutuo, vel *USUM*, Eumque tum
 „ *rei*, tum *actionis*. *Ufus* actionis trans-
 „ fertur vel *tacito* consensu, ut negotio-
 „ rum gestio, tutela, vel *expresso*, ut
 „ *mandatum*. *Ufus* rei variis modis,
 „ ut in *commodato*, *Emphyteusi*. Vel
 „ *custodiam* ut *depositum*.

Tacito seu *presumptio*. Præsumitur autem ali-
 quid vel *ex beneficio*, quod nemo rejicit, vel
 „ *absolutè*. V. g. *Solutio indebiti*. Nemo
 „ prudens solvit quod *non debet*. Hæc talia
 „ ad *Quasi-contractus* referunt JCI. De
 „ *Emphyteusi* posset dubitari, an ad con-
 „ tractus *beneficos* referatur, cum *canon* po-
 „ *stulatur*; & an *ad usum* pertineat, cum ipsa
 „ *proprietas Domini* minuatur, concessa
 „ *alienatione & perpetuitate*. Verum nihil
 „ refert, cum *dominium directum*, optimum
 „ *maxi-*

maximum retineatur, nec Canon *mercedis* habeat *quantitatem*.

5. PERMUTATORIUS unum altero compensat, est vel *diremptorius*, vel *communicativus*. HIC in societate datur specificanda à suo objecto. ILLE *diremptorius* toties variat, quoties verba DO ut DES, DO ut facias, Facio ut facias.

Adi Grotium, qui hæc habet L. II. c. 12. (α) Aut permutatur Res cum Re, & vocatur quoque *permutatio*, antiquissimum commercii genus. *Pecunia* pro *pecunia*, ut *collybum*. Res cum *pecunia*, ut *Emptio* ac *venditio*. (β) USUS Rei pro Re, aut *usus* Rei pro *usu* rei, aut *usus* rei pro *pecunia*, ut *Locatio* & *conductio*. NB. per *usum* rectè intelligitur tum nudus *usus*, tum *cum fructu* conjunctus. (γ) *Factum* cum *facto*, vel *usu* vel *re* permutatur. *Facti* cum *facto* innumera æquiparatio. FACIO ut DES iterum mille formas habet in quotidiano usu. DES inquam, vel *pecuniam*, vel *rem*, vel *usum* rei.

6. ACCESSORIUS vel MISCE^T contractus, vel alios *jungit* principali, v.g. *fidejussio*, *pignus*.

Fide-

Fidejussio & pignus per se contractum absolvere non possunt. Referuntur enim ad aliud.

7. **FUNDAMENTUM** contractuum est *Æqualitas*, quâ temerata *ius* oritur *minus habenti*. Eaque observatur vel in *actibus*, tam *antecedaneo* quàm *principali*, vel in eo de **QUO AGITUR**.

Ita *Grotius* loc. cit. (a) In actu antecedente requiritur *cognitio exacta* rerum, circa quas contractus versatur, ne *dolus subsit*, & *defectus latens*. Nam ad *ideas* mentis diriguntur actiones externæ cum internâ volitione, quas si errare contingat, hoc ipso *violatur æqualitas*, cum plus minusve justo concedere soleamus ineundo contractui, prout cogitatio à veritatis lineâ aberraverit, v. gr. *tantum æqualitas violatur*, quantum minus dedissem pro equo latens vitium habente, *si novissem*; Idem de **VO-**
LUNTATIS arbitrio minuendo per metum dixeris. (b) in actu principali, ne plus exigatur quàm *par est*, ne nimis æstimium elevetur, præsertim apud *credulos & inexpertos*. (c) circa id, de quo agitur, æquitas exposcit, ut si latens vitium repente erumpat, aut, sine quidem vitio dolove partium *majoris res venierit*, quàm oportebat,

SANTUM

tantum reddatur, quantum justam æqualitatem superat & transcendit. Ubi quidem Prætor minima non curat, sed vitia & excessus, qui manu teneri possunt, ut loquitur Cicero.

8. *Alia æqualitas est apparens*, alia plus mente concipitur; ut in beneficiis contractibus, qui ob *μονόπλευρον* beneficium ineuntur.

Ut contractus benefici officio *Humanitatis* diriguntur, ita secretam habent *æqualitatem*, hoc pacto, ne cui beneficium *damno* cedere debeat. V. g. Etsi in mutuo redditur eadem species, numerus & qualitas, nihilominus pro beneficio *mutui* nihil rependitur; *Redit tantum idem, quod datum fuit.* Pariter in *commodato* recipitur eadem omnino res. Verum enimverò, quod ante mutuum & commodatum Sempronii Titio magna necessitas deerat, suppletur illa utili *hinc, inde* innoxio beneficio, ut servetur *æqualitas*, quod secus accideret, si commodatum minutâ, quâ datum est, bonitate rediret. *Econtra* autem in *permutato-riis* contractibus luculentius adparet, *mensuranda æqualitas*, & difficilius in rebus quàm factis obrinenda.

9. Contractuum *formulæ* per INTERPRETATIONEM explicantur, ut

ut in genere promissionum, quæ hoc loco est *perspicacia* dextrum sensum in *dubio* ex verbis eruendi & colligendi.

Obs. (1) *Interpretationem* variè sumi, sonat enim explicationem, præsertim *illam mentis in lege*, quod non ad quosvis, sed *Superiorem* spectat. (2) *Interpretationum* necessitas, ut hic oritur ex *angustia* mentis humanæ & verborum *penuria*. *Illa* non prospicit omnes *flexus*, qui cavillationi patent. *Hæc* sensum non semper ita assequuntur, ne aliquando laxius vel arctius sonent. (3) *Quæ* sint *media* legitimæ interpretationis *cum* in genere, *tum* in specie, nondum inter eruditos decisum esse. Magnus in hac arena vires experiundi locus & occasio patet. *Nonnulla* sequenti titulo monebimus facem præferente *Grotio* Cap. XVI. lib. 2.

10. CAUTELÆ contractuum sunt vel esse possunt (a) ut *tantum* sit in obligatione, *quantum* verbis exprimitur (β) nec *plus* quàm ferat contractus indoles. (γ) ne præcipiti motu ad actum provellet *contrahens*, sed *matureo consilio* in re, quàm *ferò pœnitentia*, nec sine damno sequi solet.

Primum habebit locum in iis contractibus, qui formam legibus non acceperunt. In *statu naturali* solo arbitrio reguntur contractus, quoniam non dantur ibi *leges civiles*, nec proprie consuetudo quæ obliget, cum non detur superior. *Secundum* valet in illis, qui certa & recepta gaudent indole & forma, ut si contractum *nominis* sine ambage, jam sciat alter, quibus moribus, conditionibus, legibus contrahere velis, quales sunt contractus nominati in Jure Romano, qui à Legibus XII. tabularum certam substantiam sive descriptionem acceperunt. *Reges & Principes*, qui in statu naturali degunt, exprimere tenentur, quibus legibus teneri velint. Aliquid tamen præsumi potest, si *isdem* iuribus civitates circa contrahendas obligationes utantur. *Tertium ubique*, quocunque statu vivas, negligi non debet: *Ratio est*, quia, quæ *semel* placuerunt in contractibus, *retractionem & pœnitentiam*, nisi ex injuria, non patiuntur. Quapropter non *ducis gratia*, sed sapientissimo consilio fecerunt Legislatores antiqui, ut quibusvis fere actibus jure valituris, certas formulas & solennitates præscriperint, ut *illa mora durante* contrahens cogitandi copiam haberet, **QUID** ageret, v. gr. *Nolunt* valere pactum nudum aliter, nisi ex virtute *veracitatis*, secus si *stipulationis formula* accessisset.

Titulus

Titulus XXVII.

Observata de beneficiis & permutatoris contractibus & de pretio.

IN Mandato, quo quis alterius negotia expedienda gratis, sed **JUSSUS** suscipit, *fides*, sine proprii commodi studio, & citra negligentiam *servanda est*, quam qui lædit, *vicariam fidem*, oppugnat omnium commune præsidium, & quantum in ipso est, *disturbat vitæ societatem*.

Ut loquitur Cicero pro S. Roscio. Tantundem dixeris de mandato *tacito*, quam vocant negotiorum *gestionem*, in qua gestor indemnis præstari debet, ne abjiciatur prorsus cura alieni negotii, magno societatis derimento, cum absentes & impediti nostra non semper curare possimus. Qui beneficium dedit, **NE DAMNUM** ferat, sed etiam, qui negotium exequitur, ad summam diligentiam, tanquam *in suo* tenetur, & plus quam in sub, cum nostra non semel absq; injuria, ut Domini, negligamus. An mandatum expediri queat per *equipollens*, qua-

tionem discussit *Pufendorf*. l. V. c. 3. Mihi videtur *non licere*, cum in mandato non actus solum, sed & *agendi modus* comprehendatur.

2. In COMMODATO, servandum est summâ sollicitudine, *quod datur*, ne detrimentum capiat. Ex priori ratione, *ne cui officium sit damnosum*. Si *tempus* adjiciatur, veluti oportet, *excipitur* summa nostra necessitas.

Q. Si *casu* perierit commodatum, rectè distinguit *Pufendorf*. l. c. casum vel *esse communem*, v. gr. *bello*, quo etiam apud Dominum periisset, vel *peculiarem*, ubi æquitas postulat aliquid compensari, cum durum videatur, Dominum & *usu & re ipsa* caruisse. Quemadmodum etiam iniquum foret, postulare pretium ab eo, qui omnē substantiam incendio aut naufragio amiserit. MUTUUM in paucis difficultatem habet. Prout in commodato *idem individuum*, hic *species* reddenda. Nec datur, nisi in *fungibilibus*, quæ usu absumuntur, v. gr. oleum, panis, vinum, etiam pecunia & metallum non *numeratum*, sed *ponderatum*. De *usuris* infra o. 10.

3. Si DEPONITUR aliquid, quodcumq; repetitur, *reddendum est*; Quintil.

til. *Custodia* exactissimam diligentiam requirit, h. e. quæ in patrem familias *industriam* cadit, curantem sua, nec corrumpi patientem.

Quod valet vel *expressis* verbis apud me deponatur, vel tacitus inferri supellectilem videam, ad parente causa, quod *depositio- nis* gratiâ fiat, v. gr. orto repente incendio, si proximus ardens Ucalegon res suas domui meæ inferat. Quod *depositum* miserabile si recuset pater familias, legibus Romanis justissime *in duplum* condemnatur, observante iterum *Pufendorf. c. 4. lib. cit.*

4. Transeamus ad PERMUTATO-
RIOS CONTRACTUS, ad quos jure naturæ pertinet ipsa PERMUTATIO, hodie frequentissima, præsertim inter *milites & prædones*. Rebus si *pretium* imponatur, priusquam permutentur, permutatio ad *Emptionem Venditionem* non nihil accedit. Ipsa autem *Emptio venditio* celebratur, quando res cum pecunia commutantur.

Obs. (1) quod hic contractus *statim sit perfectus*, si de pretio consensum fuerit, nondum secuta *traditione*, quod tamen de per-

fecta Emptione explicandum, quum *imperfecta* à conditione quadam suspendatur, v. gr. vini modium pro 30. thaleris habebō, en dextra fidesque, sed prius gustavero, *si tanta sit, ut discis, bonitatis.* (2) Cur ad *Emptorem persecutum*, (hoc est, damnū casu fortuito factum,) rei emptæ pertineat, *ambiguum videtur*, quod *nondum Dominus rei ante traditionem Emptor* videatur. *Quicquid sit* de aliis rationibus, dicendum arbitror, à *Dominio* hoc oriri. Ut enim *nondum tradita sit merx*, illud non *Venditoris*, sed *Emptoris causā* fieri supponitur. Secus enim se res habet, si *venditor impedito* sit, ne traditio *ponē contractum* sequatur, *cujus non pars*, sed *consequens* **TRADITIO**. Et annon de *mercē sua* disponit *Emptor*, in manibus quoque & sinu *venditoris*? (3) *Deus*, quæ *civiliter huic contractui* adjiciuntur, v. gr. *Lex commissoria*, pactum de non *retrahendo* &c. *Natura* non aliter disponit, quam ut *pacta serventur*, & quæ *communi utrinque pacto* firmata fuerunt; quæ *latius extendi* non debent interpretando, quam *contrahentium animus* ferat, ex verbis, *naturā contractus* & *circumstantiis* agnoscendus. Sic *piscatores* *Alepsi* non tenebantur, *auream* tradere *mensam verriculo extractam*, *cujus jactum* & *fortunam* non nemo *emerat*. *Utraque* *contrahentium pars* non de *mensa*, se de *piscibus*

hinc cogitare judicatur. Ceterum *promissio* vendendi non est *venditio*, nec transit *ius*, ut in *promissione* simpliciter *tertius gradus*, cum *promissio* sit *actus futuri*, non rei *translatio*, qui *actus* ita *modificari* potest, ne *Emptio* *venditio* sequatur. Si *duobus* *merx* venierit, *prior* *ius* habet & *dominium*, sicutamen ut *maioris* *venditor* teneatur *secundo* *Emptori* ad *resarciendum* *commodam*, quod *interierat*, si *vanus* *contractus* non *fuisse* *illudum*. Rationes *Puf. Vid. §. 5.*

5. *Monopolia* non pugnant cum *jure* *Natura*, quæ *dupliciter* *spectari* possunt. *Uno modo*, cum *reliquis* *facultas* *deest*, ut *ut* *minimè* *impedita* *dolo*, *talia* *mercimonia* *vel* *conficiendi* *vel* *comparandi*. *Facultas* *iniquam* *physica*. ALTERO *cum* *facultas* *moralis* *ob* *privilegium* *datum*. *De* *hoc* *non* *illo*, *quæri* *solet*. *Dari* *autem* *posse* *à* *summis* *imperantibus* *nil* *vetat*, *modò* *publicæ* *saluti* *consultatur*, quæ *otio* & *inertiâ* *civium* *his* *mediis* *excutiendâ* *sufflamatur*.

6. LOCATIO CONDUCTIO,
quâ pro mercede alteri usus rei & OPE-
RA

RA addicitur, Emptioni venditioni est vicina, iisdemque ferè regulis consistit. Respondet enim *pensio* seu *merces* pretio; & dominium, quod Emptione acquiritur, *facultati rei utendi*.

Ita in terminis Puf. ab initio c. 6. l. 5. *Nota*

(1) quæ locantur, *locationi apta* effici debere; Sic tantum demitur mercedi, quantum v. gr. per incendium corruptæ domui ad usum locationis decessit. Si verò domus planè interit, *expirabit etiam contractus* (2) in locatione eorum, quæ *fructum* ferunt, *casus* in conductorem redundat, nec ob sterilitatem mercedi quid demitur, cum *in spem* coniecta fuerit ubertas, non *contractus essentiam*, addita expressius conditione, veluti nec securura ubertate maximâ quid mercedi accedit. Quemadmodum ex opposito sterilitas redundat in dominum, si mercenario locaverit agrum certâ mercede. è frugibus *demendâ*, qui utiq; *suus* ex labore recipit, etsi per sterilitatem domino nil remaneat. (3) *Queritur* an si locatio operæ, v. gr. itineris susceptio pluribus proficit, detrahi possit à mercede, quanto susceptor hâc occasione ditior factus est? R. *minimè* si labori *gradus major* accedat, v. g. Si mittam qui ferat epistolas in certum locum, *ille* sarcinas quasdam ab aliis suscipiat, quid impedit ne
pro

pro suo labore mercedem accipiat, ad quam mea locatio occasionem dedit. Alios casus vid. apud Pufendorf.

7. Huc refer *contractus*, qui ALEAM continent, dubiumque fortis & fortunæ eventum, atque publicè vel privatim frequentantur, pace belloque, v. gr. si *duello vel conflictui* ex pacto aliquid, quod ad belli modum vel eventum faciat committitur. His contractibus accensentur *ludi, sortes, lotaria, sponfiones* rei incertæ & futuræ, quinetiam *contractus avertendi periculi* &c.

Hic requiritur ex indole pactorum omnium, *ne dolus subsit*, ut fides data solvatur. De *ludorum moralitate* multi multa scripsere, qui si recreationem & dampnum non enorme contineant, citrà controversiam licent. Velut etiam *prodigi ludus*, licet in causa vitium cubet. *Christianis* tamen cautius proceditur, *ne inhiare alterius bonis, ne tempus dilapidare, causamque peccatis adhibere videantur*. Quod verò emunctus ludo pecuniam solvere teneatur, *aqualitate nititur*, cum parem summam alter ludo commiserit. *Si ineptus cum artifice congrediatur, æquitas juberet, ut ludo abstineret sagacior.* CERTA

Ee 5

JAM

JAM EMUNCTIONE non dubit; cum contractus *in certa spe* futuri celebrari hoc modo concipi non possit. Verum quis in hisce minutiis fines *reget justis & injustis?*

8. De PRETIO aliquid dicendum est, quod *necessitas* introduxit, cum enim *mutuis rebus* indigerent mortales, nec semper æqualia æqualibus ex *dimensione Mathematica* componi poterant, PRETIUM inventum fuit, *quantitas moralis* ab æstimo hominum pendens, qua mediante res physice inæquales, v. gr. bos & gemma, Elephantus & Margarita invicem comparantur.

Obs. (1) distingui pretium in vulgare & eminentis; Hoc in pecunia signata datur, illud in reliquis. (2) Fundamentum vulgaris pretii, quæ variationem augmenti & decrementi sicum est in necessitate juncta raritati vel disjuncta. Nam necessaria si passim prostant, minoris veniunt, ut panis largo messium proventus. Sed necessaria dupliciter considerantur; Vel in se sunt, idque in ordine vel vite tolerandæ, vel status, honoris, dignitatis, quæ cum vita pari passu ambulant, vel nostro æstimo, ob voluntatem, cupidinem rei, qua accendimur. Ibi videmus plura Regi necessaria esse, quàm rusti-

rústico. *Hic plus Delicatulis quam Homini agresti.* *Observ.* (3) Si pretia pretiis conferantur, vel in diversis locis vel à diversis collata, distare quidem *physica* quantitate, non *moralis*; v. gr. Dives pecunia diffluens emit aliquid pro solido auro, quod alter pro dimidia ejus parte. Sic *Ulma* merx pluris emitur, quam *Francofurtis*. Nullo caritatis augmento, cum hic res, quæ *Francofurti* vendebatur, *labori Mercatoris Ulmenfis jungatur, qui unà cum re Francofurtensi concipitur ems.* *Illis* caritas vires amittit apud diffluentem opibus, qui minus curat ducatum, quam alter *strenum*. — Sic cessat, sive tanto minuitur æstimium divitis circa rem, quanto *minoris* pecuniam habere solet. Quod forte *ad effectum* referrent alii, quo homines pro sua indole duci solent. Singuli enim in amorem quarundam rerum vehementius rapimur. *Quosdam* ipsa *avaritas* & possidendi gloria ad ingentes impensas invitat, quod alii pro *potu cereviz*, aut *ferculo* quodam in stomachi solatium facile negligerent.

9. In pretiis taxandis *justitia servari* debet, quæ summam habet latitudinem in iis, quæ *necessaria* non sunt vitæ humanæ, sed ad meram voluptatem pertinent.

v. gr.

V. g. Fruges flagellante annonâ impiè & servantur, & pretium, urgente fame, intenditur. Cum sine pane nequeamus vivere, Sed *vinò solvendo* qui par non sit, aquam hauriat. Excipe, si vinum ægroto v. gr. non voluptate, sed necessitate debeatur, tanto minus pretium augeri potest, quanto magis ille INDIGET, & ego COPIA abundo. Vid. *Pufendorf. singulari capite 1. lib. 5. pretii naturam & casus* fusius explicantem.

10. USURAS exercere licet Jure Naturæ. Ratio, quoniam pecunia fructus ferre poterat, *commutata rebus frugem ferentibus*, quæ spes, cum in alterum *in mutuo* transferatur, tanti taxatur, quanti valere fructus inde emerfurus præsumitur.

Sic v. gr. plus à mercatore exigitur, quam alio cive, cum nemo magis sit *lucris faciendi artifex*, quam mercatores. Nec obstat, quod *Hebræis* inter se prohiberentur usuras exagitare, quandoquidem nulla *exercebantur commercia* cum aliis gentibus, non favente soli conditione. Hinc *agricultura Salus Republica* nitebatur, quàm *usuris* onerari non fert rationalis æquitas. *Charitas* tamen vellicabit aures *Christiano*, ne dum frater indiget, *voracibus usuris* oppri-

opprimatur. *Contractus inaequales* ut natura horret, ita etiam usurae genus contractum *Moharram*, quatenus mercem emo, & quantum in tabulas ut debitum referri jubeo, mox iterum venditori mercem vendendo pro *dimidia parte* statim numeranda. Quod de aliis etiam usuris dictum velim. Vid. *Seldenus de Jure Hebraeorum*.

Titulus XXVIII.

De

*Contractibus accessoriis nonnulla
& de Interpretatione.*

1.

Contractus *communicatorii* in societate apparent, qui vel res, vel facta, vel hinc facta inde res communicant, quarum *Regula Catholica*, ut participant de lucro & damno *pro rata* collationis.

Qua ratione collationes fiant, longum foret explicari, cum res, pecunia, opera, illa quoad quantitatem, & pretium, haec vero quoad intensionem & aestimum infinitis modis variare queant. Unde contractus societatis *formula prudenter elaboranda* stan-

standum est, & equitate, ubi illa defecerit.
Vid. lib. V. c. 8. §. 2. Puf.

2. *Accessorii contractus*, quos *pacta adjecta* vocant | *Cti*, sedulò examinari debent, utrum *substantiam* contractus principalis, & *quousque* afficiant, An *confestim* vel *ex intervallo* adjiciantur, & quibus contractibus, an *stricti juris*, an *bonae fidei*.

En *regulas generales* ex *Pufendorf. c. 10. lib. cit.* (a) *Pactum Essentialia* contractus ita *afficiens*, ut ille contra *leges bonosque mores* militet, *valore destituitur*. Nam *contrahimus tantum validè* circa ea, quae *nostra sunt potestatis*, quod si igitur *pactum* *adjacens* *vizio suo actum ipsum inevitabiliter contaminet*, contractus ipso jure *nul- lus* existit. v. g. Si *conjug* in *matrimonio* *contrahendo* *adjiceret adulteris libertatem*, quod *vizio* *contradictoriè* *pugnat* cum *matrimonio* (b) si *pactum* ita *contractus essentialia afficit*, ut in *aliam negotii formam* *abeat*, si à *scientibus* hoc fit, nihil *egisse* censentur; v. g. *Emptio*, quae *solutionem excipiat*; Quid enim *Emptio*, si nihil *solvatur*? Si ab *ignorantibus*, ut *bona fide* *contrahant*, & *locationem* *vocent*, quod est *commodatum*, v. g. non à *terminis* sed *re ipsa* *judicandi* sunt à *prudenteribus*. (v)

Pactum

Pactum in continentibus quibusvis contractibus adjectum, valet, siue circa naturalia aliquid disponant, siue accidentibus quibusdam contractum **VESTIANT**, in mente semper orōdis: nihil contra leges fieri & v. g. *Lex commissoria*, præstatio culpæ præter ordinarium vel *intensa* vel *remissa*. (d)

Ex intervallo adjectum, si deroget contractui **NEGANDO**, inque favorem debitoris siue rei cedat, valet. Sic dato mutuo, potest pactum adjici de *mutando solutionis loco, tempore*. (e) Etiam quæ **AFFIRMANDO** augent obligationem, *Valida* esse possunt jure Naturæ. Nam pactum *nudum affirmativum* non valere, Lex jubet civilis, cujus *dispositionem natura ignorat*, v. gr. Si ades tibi loca vestra ad biennium, si postea inter nos convenietis, ut intra annum desinat, cedendum erit conductori, ita tamen, ut pensio quoque sequenti anni suffocetur. Hæc *Pasferidorfius*. Ad ultimum animadverto, & quæro an non *noviter paciscendo* circa tempus tacite elidatur prior contractus, novusque instruatur, licet reliquæ locationis circumstantiæ brevitatæ causa non *repeantur vel memorentur*?

3. In *accessoriis*, quæ **SECURITATEM** aliis pactis jam determinatis afferunt, luce sua & usu eminent, *fidejussio* & *pignus*.

pignus. Illa est, cum aliquis obligationem alterius velut in subsidium suscipit, ita ut nisi principalis creditor Eidem satisfaciat, hic subbeat ejus vices.

Differt à novatione, quæ obligationem in novo subjecto reproducit, velut etiam *Expromissio* obligationem non conditionatè sed absolute in se suscipit, dimisso veteri debitore. Quibus terminis cautè utendum est in Theologia circa *vadimonium Christi*. Nota (1) duplex pactam intercedere fidejubendo, *partim* intuitu creditoris, *partim* respectu debitoris. (2) Fidejussio est *accessio* alterius debiti, hinc patet, plus à fidejussore quam debitore exigi non posse. Etiam si pro parte tantum fidejusserit. Hoc tamen fieri potest, ut *ratione intensio- nis* severius obligatur, *fidejussor*, quam debitor, si juramento se obstrinxerit fidejussor non debitor. (3) Prius *conveniri* debet principalis debitor, non accessorius ille, qui *beneficio ordinis* gaudet ex *aquitate naturali*.

4. *Vades*, qui aliorum obligationibus ex delicto se interponunt, jure & civili & naturali *malè agunt*, si ad supplicia deveniatur, cum nemo sit *Dominus vite sue*;

sua; unde nemo vitam suam pro altero oppignorare potest.

Pœnarum quoque finis intercideret, qua delinquentis non innocentis correctionem intendunt. Vid. Pufend. lib. 5. c. 10. §. 12.

5. *Securitati* etiam inservit PIGNUS & Hypotheca, quæ non nisi accidentaliter differunt.

Definitur *pignus*, quod sit corpus seu res in securitatem debiti data. Sumitur etiam pro contractu, h. e. datione pignoris, inde nascitur creditori *jus in Re*; Vicissim verò debitori sic obligatur, ut soluto debito pignus saluum & integrum restituatur. Materia pignoris esse potest, quicquid utrinque valorem habet, & cum debito affinitatem. Sterilibus lex commissoria, fructuosus pactum *in iure* adjici solet. Ad controversiam, an possint pignora usucapi respondendum videtur, quod usucapio quidem exulet, cum nunquam cesset causa pignoris constituti, sed tamen ex æquitate jus accrescat Creditori, ut in solutum pignus retineat, quod debiti aternitas multis incommodis infesta sit.

6. De INTERPRETATIONE notamus *requisita antecedentia*, ejusque officium. REQUISITA sunt (a) Materiam

Ff

riæ

riæ aliqualis *cognitio* de qua agitur, & maximè omnium *Artis* ipsius & terminorū ad artem spectantium. Quī enim explicabis *difficilia*, si totum negotium ignores.

Huc pertinent *occafio, locus, objectum, finis, aliaque circumstantia*, quæ ad eruendum ambiguum sensum impense faciunt.

7. (β) *Linguae* exacta notitia haurienda ex libris *συγχρόνως* modoque loquendi istorum temporum, quorsum facit collatio *variarum scripti partium*, (γ) *ingenium solers*, iudicium penetrans, non *Asinus ad lyram*.

Nam *ratio, vita legis*, sollicita indagine erui debet.

8. OFFICIUM *Interpres* exequitur, si primo finem & ex fine rationem legis aliusve scripti & dicti eruat; *præterea* si terminis absque tropo & improprietate *strictim* inhæreat, quantum ratio illa, modus loquendi communis & artis aut etiam loquentis *Idioma* permiserit. *Denique* si quæ durius aut laxius sonant, quam ut emergens conclusio *menti prudentis*

con-

convenire queat, ex æquitatis regula explicet. Si contraria seu *εναντιοφάνεια* emerferint, ex illo loco sensum eruit *genuinus interpret*, ubi ex *instituto* illam rem scriptor excussit. Ita verbis ambiguo sensu & obscuro involutis *Lux è clārioribus* affulget, vel aliis *prudentis conjecturæ* indicis, quæ *omnē lapidē*, non unum, movent.

Media conjiciendi sunt, seu loci subjecta materia, effectus & conjunctum; si *Græcium* sequamur lib. II. c. 16. §. 5. seqq. v. g. **EX MATERIA.** Triginta dierum induciæ etiam noctes includunt, ut *dies civiles*. **EX EFFECTU.** Si vox ex usu receptiore desumpta effectum traheret à recta ratione alienum, in ambiguis enim potius eligenda interpretatio, quæ vitio caret. **EX CONJUNCTIS** vel origine vel loco plura emergunt consideranda. *Ibi* quæ ex eadem voluntate nascuntur, eundem quoque *sapius dicta* sensum habere creduntur. *Hic* ratio legis adducitur, quæ cum *mente* legis confundi non debet. *Ratio* autem finem, causamq; moventem complectitur.

9. Ad eruendum quoque sensum faciunt *consequentium & antecedentium*

Ff 2

Nexus,

Nexus, comparatio cum aliis locis, qui affinitatem nonnullam cum obscuro & controverso habent.

Quæ omnia usum habent in *Legibus, Testamentis, Pactis*, præcipuè scripto comprehensis, & quovis alio loco, ubi de *sensu hominis absentis* disquiritur.

IO. SPECIALIUS vero in promissis, pactis & privilegiis discrimen observatur, quod *favorabilia* alia, quædam *odiosa*, alia *media* seu *mixta* sint. ILLA æqualitatem inter partes servant societatis commodo. ISTA partium alterutri plus favent, sic *odium* merentur. HÆC variant, ut intuitu boni ingentis è pacto fluentis modo *odiosum* quid in parte, modo *favorabile* quid ostendet, ita tamen *ut favor præpolleat*.

Ad hæc Regulas prodit *Grotius* sequentes. (1)

In non odiosis sumenda sunt verba *secundum usum popularis* proprietatem, & si plures dentur significationes, *latissima* eligatur.

Si (2) loquatur *peritus artis*, sumantur adhuc *latius* ex illa arte, si sensu *popularem usum* excedat. (3) Ad significationes *improprias* nunquam recurrendum est, ni ab-

surdi-

surditas inde emerſura, v. g. inutilitas pacti id efflagitet. Cui evitandæ etiam *ſtrictius* verba explicabuntur; *Et eſt* quod abſurditas non urgeat ſtrictiorem ſenſum, ſi in-gens eum *utilitas* commendat, ſervabitur. In *onerofis*, vitando oneri, *figura* dictionis aliquantulum admittitur. In *ceſſionibus* verò juris & promiſſis ſic capiuntur verba, quatenus *cogitationes* ferebant, certo *preſu-menda*, ut ſuprà notatum de *Mileſiis*.

II. Haſtenus de *verbis* in pacto explicandis. Verum etiam CONJECTURIS aliunde occaſio ſubnaſcitur, ut modo ſenſum *ampliâre* modo *reſtrin-gere* neceſſum ſit.

Circà hoc punctum verſatur *Interpretatio*, quam *Judicis officium* præcipuè faciunt *Moraliftæ*. Cui illuſtrando *Illustr. Pufendor-fius* §. 17. cap. 12. *obſervat* (α) Explicatio-nis *extenſiva* rariorem inveniri occaſio-nem. *Ratio* eſt, quoniam, ut effectus non ſequatur, *unica cauſa ſufficit*, ita etiam re-ſtringendo ſenſui. Verum, ut *excludatur*, *nihil deſit*, oportet. (β) Hic non de *verbis*, ſed *mente* legem ferentis ſeu contrahentis diſquiritur, non qui *tum* fuerit, ſed *qua fuiſſet*, ſi caſus emergens & controverſus oculis inhaſſet. Proinde ad legitimam interpretationem requiritur, ut *luculenta* oſtendatur ratio, verba *generalius* ſonantia

omnino restringi, vel ferente casu ampliari debere, Et Nisi id fiat, pactum seu legem iniquam & inutilem fore. Denique (γ) in ampliacione monstrandum, rationem Legislatoris adeò generalem necessario fuisse, ut casui controverso ipsemet verba sua applicasset, si prouideret. Quorsum facit *identitas rationis* demonstrata. Ampliacionis hujus inter alia usus insignis adparet, quod latitudine illa cavillationes & fraudes evitentur, qualis Tiberii apud Suetonium *illo Cas. c. 61.* quod vetitum esset virgines strangulari, prius à *carnifice vitia- ta post strangulata.*

12. In **RESTRINGENDO** sensu peculiariter notatur aut defectus voluntatis originarius, aut casus emergentis repugnantia cum voluntate.

Ita laudatissimus *Pufendorfus.* Defectus voluntatis eruitur partim ex absurdo, quod inde sequeretur, partim si ratio cessat, quæ voluntatem efficaciter mouerat, quæ non semper Existentiam præsentem innuit, sed possibilem, v. gr. Lex vetans ambulare, cum facibus noctu per plateas vitando incendio, prohibet etiam cautissimos; partim ex defectu materiæ. **REPUGNANTIA** voluntatis addiscitur, vel ex naturali ratione, vel ex aliquo signo voluntatis. **NATURALIS** ratio desumitur ex communi homi-

hominum socialium calculo, ex virtute, ex genio boni Legislatoris, civis. *Επιεικεια* vocant, quâ mediante *το ἀνεπιεικεια* mollescit non nova interpretis voluntate, sed *presumpta* illius, qui *vir bonus, prudens & virtuosus statuitur*; Fit enim linguarum & mentis humanæ imbecillitate, ne *omnia prospiciat Legislator*, nec dextre semper *animus* exprimat. Quam *επιεικεια* requirimus non tantum, si manifeste in jura naturæ impingat *Legis generalis ambitus*, quæ nihil potius salute habent proximi, sed etiam si aliquid intolerabile & indignum inde sequatur, *ob communem vitam humanam conditionem*, quæ durities aut absoluta est aut relata ad certas personas. Tum cessare putabitur legis obligatio, si *tanti non sit observatio*, quæ maximis molestiis redimatur, ejusque ommissio in nullam Legislatoris ignominiam redundet. *Signa voluntatis certæ regulæ aperiunt*, si quidem Lex Legi non contrariatur, sed casus controversus *utramque committit*, ut altera saltim omittenda sit, quod *conflictum* adpellares precedentiæ & ordinis, utri legi potius adhærescendum. Tales *casus* passim se produnt in *Jure Natura*, quorum magisterio inservit nosse, quod *potissima DEI*, *proxima societatis*, *ultima nostri ratio* habenda sit. Rationes autem *Grotii* in dubio ejusmodi sunt hæ: (1) Illud quod tantum *permittitur*, cedit ei,

quod juberur. (2) Quod faciendum, certo tempore præfertur ei, quod quovis tempore fieri potest. (3) *Affirmativum* præceptum cedit *negativo*. (4) Inter leges *æquales*, ut & conventiones *peculiaris* præfertur *generali*, & quæ propius ad rem accedit. (5) Inter duas *præstationes* certo temporis articulo invicem collatas, quarum una causas magis honestas & utiles habet, quam altera, *hanc* isti cedere rationis est. (6) Pactum injuratum *jurato* cedit. (7) Obligatio *perfecte mutua* antecellit *non mutua*. (8) Lex *beneficentiæ* cedit *gratitudinis*, cæteris paribus. (9) Lex *inferioris* cedit *majori*. (10) Prout legis materia una aliam nobilitate, utilitate & necessitate superat, ita regulariter una alteri præponderat; Vid. *plura apud Gratium & Pufendorfium Duum viros.*

Titulus XXIX.

De

*lis quæ vindicantur BELLO
Ejusque occasione.*

I.

HActenus longa serie pertractavimus **TRANSLATIONEM**
COM-

quæ vindicantur Ballo, ejusque occasione. 457

COMMODORUM, tertium jam restat exolvere, ut videamus, quâ ratione jura & commoda VINDICENTUR. Rerum vindicationem latius Jcti prosequuntur, nos brevitatis & instituti memores iterum summa pro more capita delibamus, ostensuri jam, quomodo per bellum nostra vindicentur. Bellum verò intelligimus, quod vel inter singulos datur, vel inter summos Imperantes, qui, quam primum jura cessant & violantur, ad remedium confugiunt propriae potentiae, ut vindicent, quæ ad se pertinent.

Id justè fit. Quoniam alterius detentio non tollit nostrum jus & dominium, quod in irritum caderet durante detinentis pervicacia, nisi proprio ausu eriperetur.

2. Nec tamen ad Martis decisionem oppidò partibus provolandum est, nondum tentatis mediis ad pacem & reconciliationem spectantibus. Hoc imperat socialitas & belli ancipitis miseria.

Et quantum quæso inconueniens, si nostra libidine justitiam belli audeamus metiri?

Quæ arrogantia, si alteri repente vim inferas,

ras, quod destinatis tuis & DECISIONI assurgere noluerit? Cum enim *superioritatis axioma* proximum non antecellimus, *quî fit*, ut, cum ad decisiones nostras adigere velimus, quæ tacitam semper *Erroris exceptionem* secum ferant.

3. Proinde, ad *justitiam* belli non sufficit *æquitas*, sed *actia manifestis* constans *documentis*, proximum & hostem & irreconciliabilem esse. Dico *manifestis* circâ *justitiam* causæ; nam si *in dubio* & *obscuritate* Veritas delitescat, si & altera pars *rationibus suis adstructa* causam oppositam tuetur, *cautiùs* mercari oportet, utut forte *potiori nos jure* credamus suffulciri.

Hic multum conducit *arbitrium Tertii* & *conscientia*, an ob *merum utile*, an ob *gloriæ studium*, *invidiam*, *metum* *alienæ potentia*, citrà *necessariam causam* ad arma provolemus. Nam *contentionibus bellicis* facile quidem *color justitiæ* protenditur, qui *secordem fallat simplicitatem*, imò etiam *prudentioribus imponat*. Vid. *Puf. l. 8. c. 6.*

4. Esto autem *tanti injuriam* esse, de quâ querimur, ut *Marte*, vique apertâ defungi

angi necessarium ducamus, actus *lice-*
unt omnes, qui ad recuperationem juris
missi & vindicandam securitatem col-
mant, armis non quieturis, priusquam
hostis pœnitentiâ ductus injuriam & sa-
tisfactionis necessitatem agnoverit.

Id etiam de *singulis* valebit, ut injusto posses-
sori sua eripiant, idque *apertis*, quod in-
rurum, vel *secretis insidiis*, quemadmodum
superiùs hac de re nonnihil actum fuit.
Et qui plura de bello ejusque juribus desi-
deret, evolvat *Grotium*, quem integris pa-
ginis huc transcribere ineptum foret.

5. *Quæ vindicantur vi*, securam
habent possessionem, durante bello &
vocendi libertate, nisi pactis succedenti-
bus justum dominium & agnoscat, &
nuniatur.

Hinc videmus ad *sponsiones & fœdera* partes
accedere, quam tractationem longâ serie
exequitur *Grotius* l. II. c. XV. *Fœderum,*
vis ex pacti sanctitate exoritur, interque
populos vel singulos Religionis sensu di-
stantes non minùs viget, ac inter *concordes*,
qui pactis suis formam *accidentalem* indu-
cunt, pro lubitu, *salvis tamen juribus* quæ
pacta & promissiones *quoad essentialia* per-
fici-

ficiunt, vel affligunt, de quibus sufficiat
ter pro instituto actum.

6. De POSTLIMINIO restat d
cere, quod *belli occasione* frequentatur.
Est autem POSTLIMINIUM Ju
quod nascitur ex *reditu in publicos sine*.
Cujus consideranda *causa, valor, subje*
ctum & effectum.

Diximus occasione belli *postliminii* jus cele
brari, quod patet: Nam qui *durante pac*
capiuntur, ab iis tamen in potestatem re
diguntur, qui bellum jam apud ignaros
ordiuntur. Capti vero, *flagrantibus armis*
suo jure gaudent, ut videbimus, nec da
tur reditus nisi ex *aliena potestate*, quam
belli vocamus, & violentam. Quod au
tem *durante bello* redeant, qui pace facta
non possunt, *Alii* non in actu repugnandi
capiantur, sed pacati & tranquilli, hinc
duplex consideratio postliminii, *paci &*
bello apud Grotium. Lib. III. 9. §. 4.

7. *Causam & originem* hujus juris in
justitiæ aucupio collocant, quando bel
lum gerentes sibi injuriam imputari nol
lent, justii belli præ se ferentes, nisi veri
tatem, *αὐτοφασίαν* tamen & colorem. Ma
gnum enim virtutis pondus in *opinione*
justi.

qua vindicantur Bello, ejusque occasione. 461

sticia situm est quam nefarius quisque
gressor, unà cum apparentiis salvare
onatur. Hinc jura *apud gentes nata*,
quæ belli legibus caperentur, nonnul-
si redirent in publicum limen, sui *ite-*
um liberique juris fierent.

In *limen* vel patriæ vel amicorum, nam
NEUTRIS quos vocant nihil concessum.
Vid. Gr. t. l. c. §. 2.

8. VALOR arcessitur *ab equitate &*
e gentium. ILLA suadet omninò, si
tum bellum innocentes occupet, &
laminatibus suis, captivitate, prædâ, ra-
nis, involvat, ut recipiant suum jus citrà
titiam amissum. *Jure gentium* quædã
cluduntur, quæ tamen non impar jus
bere videbantur, *incolita consuetudine.*

Variis mores quarundam gentium hic sumo
pro jure. Sic v. g. usu inter gentes tritum
est, ut *Liber* bello justo captus postliminio
gauderet, hoc est non pro mortuo haberetur,
sed qui redire, & jus suum à nemine
occupandum recipere posset. *Romani* verò
nemini, qui virtute bellica captus esset,
aut etiam transfuga, vel se dedidisset, *post-*
liminium dabant, ne generosus calor lan-
guesce-

guesceret, apud milites jura sua pacatim
recepturos, sed *mori discerent, aut vincere*
ALIA ex civili jure accesserunt, non val
sura ex communi calculo.

9. SUBJECTUM hujus Juris aut
PERSONÆ sunt, aut *res*. De PER
SONIS quæ aut *liberi* fuerunt aut *servi*
sequentia observari merentur.

(a) *Liberum caput, si ultro redeat ad suos, v*
bello amicorum iterum eripiatur, *omni*
jura cum libertate recipit. Intellige
berum caput, quod erat. Nec enim ju
stum foret & æquum, ut is, qui *mala fa*
cuna in captivitate redigebatur, res
ptus bello, *de potestate in potestatem,* (ut
lias bello capta,) *rediret.* Recipit, i
quam, *jura sua, tum* quæ reliquerat ap
Suos, *tum* quæ apud hostes. *Apud Suos*
quæ hæreditatibus aut usucapione distr
cta sunt, per actionem *rescissoriam* restitui
enda; refert quidem ad jus civile *Grotius*
sed cum Græcis idem in usu fuerit. *civi*
gentium juri, quin ascribatur, nil veteri
Apud hostes. Nec enim hostis dominium
habebat in R E S, qui nec in persona
quandoquidem & causâ laborat, & ex
ptione tacita reddendi ex postliminio.
causâ laborat, quando bellum eos inv
vit, qui partes non sequuntur; *Tum*
ceptione, si justo bello liberi homines

qua vindicantur Bello, ejusque occasione, 463

versæ partis capiantur. (β) Ut liberi homines redire, sic servi recipi dicuntur, licet ab hoste manumissi sint, cum alterius beneficentia nostro juri non officiat; Si vero redimantur, sunt redimentis, ita tamen, ut soluta pecunia reflorescat jus postliminii, siquidem recipiatur à veteri Domino. (γ) Quod de singulis dictum, id civitatibus applicari potest, Liberæ enim civitates, si civitatis indolem retineant, vindicantur in jus antiquum, liberata alterius ope & auxilio.

10. RES vel sunt mobiles vel immobiles. IMMOBILES, agri v. g. expulso hoste ad pristinum dominium non vincentis & liberantis sed *privatum* revolvuntur; *Mobiles* prædæ cedunt, v. g. merces, cujuscunque sint, vel partis vel tertii, quæ direptæ seu venditæ vindicari non possunt.

Excipiuntur tamen res, quæ in bello nobilem usum habent, ut naves longæ & onerariæ, non item arma & vestes; nam talia qui amitterent, nullo favore gaudebant hominum vel juris, vid. Grotium §. 14. Si hodie inter Christianos postliminii jus quæ PERSONAS exolevit, cum nulla inter eosdem detur captivitas, datur tamen in redi-

reditum immobilium bonorum, secus ac
Grotius sentire commentatoribus videtur.

Titulus XXX.

De

Modo vindicandi in pace.

I.

ILLUD fit vel *compensatione* vel *arbitratu*, vel *amicâ transactione*. **COMPENSATIO** aut voluntaria est aut violenta; *Ibi* restituitur læsæ parti, quod deest. *Hic* læsa pars bonis manum injicit retinendo ea, quæ ad lædentem pertinent, *idque* vel servandi animo, *vel* compensationem debitam extorquendi.

Detentio illa utique dari potest inter *singulos*, sed rarius ac in civitate, quæ vi & potestate *aperta* succingitur. Quod si igitur *Magistratus* in *bona privatorum* alterius dittonis manus injiciat, *Repressalia* vocatur executio, barbara nomenclatione ab *Italico ripresa*, quod *recuperare* significat.

2. In **REPRESSALIIS** notari meretur (a) *Jus* quod inter singulos liquet.

Domi-

Dominio enim recuperando vel *res mea* vel *tantundem* injusto detentori eripitur. In civitate hoc secus videri posset, quia *bona privatorum* detineri non possunt, si alius v. gr. Rex sit debitor; Violat enim jus & æquum, si *alius pro alio* invitus luat.

Verum hoc quoque per *jus gentium* introductum, non factum tantum, sed & citra *injussissimam* lege naturæ prohibitam, ut rex, qui *caput* est & iudex subditorum, alterius civitatis bona occupet, & hoc pacto *jus sibi* dicat & *suis*. Nec interest, utrum *Regis* bona an *civis innocentis* arripiantur, quoniam *Regis* erat jus dicere, & debitorem astringere, ut creditori alterius partis satis faciat; *Alis*, injuriam tamen fieri *subjecto innocenti*. *Et*. MINIME, quod compensari facile damnum possit, nec represalia semper *animo servande occupata* exercentur, sed intentione justum à Rege seu Magistratu negligente iudicium extorquendi, ut *verus debitor* officium præstet.

3. Si (B) *officium* debitoris nondum sequatur, bona capta rediguntur, *in proprietatem*, sic tamen, ut justo arbitrio exacta compensatio fiat, ne *compensatio* cre-

Gg

ditum

ditum excedat ; (γ) Soluta debito laxari debent repressalia, nec damnum dari, pariter ac si pignora liberarentur.

1. *Ex eodem jure, si quis advena damnum permanens intulerit, bona & suppellex oppignorari possunt, donec injuria satisfiat, quod in legatis exceptionem habere asserit Grotius l. 3. c. 2. §. 7.*

4. De ἀνδροληψία difficilior statuitur AN par modus juris dicendi inter gentes procedat, quandoquidem summus favor humanæ libertatis ejusmodi executionem elidere videtur, præsertim, cum nullus pro alio reus statui queat, nec superioris potestas, sola autem vis intercedat. Nihilominus si tale quid publico nomine accideret, ut persona libera, obsidis instar, finis honesti gratiâ, scilicet ad obtinendum jus suum, asservaretur, Modus carperetur gentium hodiè cultiorum consuetudini adversus, in Re naturaliter licita.

5. ALTER modus rem suam vindicandi ARBITRII nomine venit, qui per-

persona est, non superior, sed in cujus arbitrium, tanquam iudicium partes altercantes compromiserant.

Hac via commodissimè pax servari & iustitia ministrari videtur in statu naturali; Cum enim non adsit superior, cujus decreto standum sit, & tamen aeternas pendere lites perniciosum sit, Recta ratio nullum expeditius medium suppeditat arbitrati. Is enim genus humanas mentes infedit, ne statione sua libenter cedant, vel errasse videri velint, cum cedere timiditatis aut imprudentiae argumentum esse iudicetur, & nemo non pro se jus & iustitiam arroget, quàm ultro excidere indignum foret. Hinc consultiſſimum est, si tertio ligatis quasi oculis committatur arbitrium, inico tacite vel aperte pacto, ut quod arbiter dicturus sit, pro iusti iudicii decisione habeatur.

6. ARBITER omnibus legibus tenetur in arbitrando, quibus iudex in iudicando. Ut partem utramque audiat, ἀποσποληψίας evitet, ad iustitiæ normam secundùm acta & relata ex fidei testimonii depositionibus (nec enim partibus credere debet) sine commodi ullius intuitu sententiam ferat.

Tenetur inquam arbiter, non tam ex pacto tacito, quod inutile, sed ex res, quam ag-greditur, natura, quid enim est arbitrium aliud, quam officium de justitia & aequitate partium litigantium sententiam ferendi, quam si ipse pronunciando non servaret, non arbitrium, sed flagitium foret. Pactum dixi partium cum arbitro inutile. Nam per se intelligitur, & si conditio adjiciatur à partibus, judicio se stare velle, si aequum sit, hoc modo in irritum relabitur arbitratio, processus in infinitum dato, cum novæ de judicis aequitate lites suborirentur. Eapropter absoluta compromissio requiritur, & partes ex pacto inter se ad conformitatem sententiae obligantur, velut in judicio superioris ex lege.

7. ARBITER pro objecto habet justitiam vel ex lege, vel ex æquitate. Ibi conformitatem actus investigat cum lege, vel ejus ἀνομίαν, de qua pronunciat; Hic non de ἀκριβοδικαίω, sed de mensura temperamenti judicium fert.

Vid. Puf. de Modo litigandi in libertate naturali l. v. c. 13. §. 5.

8. ARBITER non est Mediator. Nam arbiter versatur circa partes ex pacto sibi invicem devinctas, quod sententiae arbi-

arbitri acquiescere velint. Hic aliter se res habet, quæ consiliis; suasionibus potissimum agitur & sopitur.

Mediationi tamen pondus & autoritas accedere solet, si potentia nitatur, ut videntur sit, quod pertinacius oblectatur Mediatorem hostem habiturus sit. Optimum officium! cum partibus omnino incumbendum sit, ut suadelas ad pacem promoventes audiant. Vid. ultimum caput *Græcæ* & de aliis pacis promovendæ remediis & firmamentis *arbitrio, obsidibus, pignore*, c. 20. l. 3. §. 46. f.

9. TERTIUS modus *amicæ compositionis* vix datur in statu naturali, nisi inter *generosos animos*, virtutum & pacis amantes.

Etenim *in dubio* ægrè transigunt contentiosi, cum ex litigio lucrum majus sperent; *in re aperta*, qui jus habent, nisi metuant aliquid, *vix acquiescenti* locum dabunt.

10. *In civitatibus* justo judicio contenditur & contendere debet, quod proprium vindicandi jus in imperantem translatum sit. Sic oriuntur *actiones forenses*, maxima practici juris *occupatio*, quæ cer-

tis regulis iisque ferè infinitis, propterea cavillationi rabularum mirum quantum patentibus, circumscribuntur.

Nec ex *omni injuria naturali* actio datur, quod minutiis omnibus dijudicandis nullum tribunal hominum sufficeret. De *actiombus* Insticæ. lib. IV.

Titulus XXXI.

De

Eo quod decet, & speciatim de abrogatione servitutis.

I.

NOn omne quod LICET, DECET; Veluti nec omne quod licet, *conducit*; In quo autem *decoris ratio* & *Essentia* consistat, *difficilius* est explicatu.

Sic pulchrum quilibet agnoscit, quid *pulchritudo* sit, ægrè definiunt *philosophi*. Nec enim, quod *decet*, cum *laudabili* semper coincidit, nec eandem semper *rationem* & *causam* habet.

2. DE-

2. DECORUM vulgo dicitur, quod ornatum, non sordidum, nec dignitati hominis naturali vel acquisitæ inconveniens judicatur, quod judicium maximam partem à genio nationum dependet.

Prima acceptio latius patet reliquis, quoniam quicquid ornatum accipit, etiam decus & venustatem habere dicitur. Etiam si *simia aureum gaster insigne*, Decet autem ornatus dignitatem hominis, quod convenire Regi plus purpura quam vestis attrita credatur ad *concedendam Majestatem*. Ratio hujus rei est, quod mortales non plus sæpe oculis quam animo ducamur. Sic *virginem* decet ornata modo vestis modo neglecta, quoadusque magis naturalis venustas effulgere reputabitur.

SORDITIES quemvis *ad decorem* ob naturalem aversionem, ultro etiam & aliud agentes lutum à facie abstergimus, nec inquinatas manus *fert palatior indolis*, quæ in uno plus in altero minus emicat. Ejus quoque in brutis vestigia dantur. Sic curiosior mundicie *actus ac percussus*. *Convenientia* ex virtutis opinione, pudore naturali, aliisque causis arcessitur, imprimis vero ex usu hominum & consuetudine. *Illud* fundamentum habet in aversatione naturali contumelia, ne contemni velimus. Cum igitur nativum virtuti

prosum adhæreat, communi calculo laudantur, qui virtuosi sunt, quarum vel speciem retinere conantur hominum sæpe nequissimi. Jam verò si crapulam bibat vir honestus, non tam peccato angitur quam quod imprudentiæ maculam sibi asperferit, exouisso rationis gubernaculo. Sic consulem non decet manducare in foro, sed rusticum. *Et si hic*, ut Reges solent, non nisi per Interpretes servandæ auctoritatis gratia loqui vellet, pro *stulto* haberetur. *In his plurimum moribus* concedi res ipsa loquitur, dum non tantum apud *diversas* Europæ gentes contrariæ decori opiniones inventiantur, sed apud eundem populum, quod nuper pulcherrimum erat, jam *turpe & invenustum* ducitur. Sic celerius loqui *Hispano*, inconsiderati animi argumentum, *Gallo* inepti & ridiculi. Sic Hispanis *feminiis* nudum pedem ostendere, & vultum in flagitiis habetur, aliis fecus. *Posterioris* exemplum reperis apud Germanos, qui vestem centies variant, & si aulicus prioris anni se dicam seculi habitu incederet, pro infaceto traduceretur, & omnem ventis actionis gloriam amitteret.

3. *Naturali* hominis dignitati adversum ducitur, quicquid ipsi *contemptum* parere aptum est, *vel* ex rationis neglectu,

Et, vel corporis inepto habitu, qui pudorem violet, vel actionibus iis, quæ rebus contemptis occupantur.

V. gr. *Morionem* agere & stulta loqui, *Rationi* contumeliosum, & *intra* hominis *autoritatem*. Unde cuius indignum iudicatur, naso suspendi ob *simplicitatem* & *stultitiam*, cum *navos* suos *natura* regi, non ostentari, multo minus RIDERI velit. Sic *puenda* oculis objicere indecens & inhonestum, non minus, si *serviles* operas præstat *honoratior*, vel si *fabriles* honoratissimus, cum ejusmodi laboribus *opinio humilioris animi* & *status* adhererit, ac propterea iis, qui eminent in Republ. convenire non possit.

4. Inter ea attem, quæ *genus humanum* dedecent, SERVITUS merito numeratur *perfecta* illa, quæ omnem libertatis honorem, jus & vestigium abdicavit.

Reperiuntur quidem hodie adhuc inter *rarissimos* populos *Europæ* servitutum genera, *Homines* propriis operæ perpetuæ & nonnullæ veteris servitutis umbræ. Verum hæc *perfectam servitutem* nondum conficiunt, quæ libertatis maximi doni penitus oblita sit. Vid. *Contractus, Instit.* l. 1. tit. 3. §.

5. **SERVITUS** *perfecta*, definiente Grotio, est, quæ perpetuas operas debet pro alimentis & aliis, quæ vitæ necessitas exigit.

Adde lib. H. c. V. §. 27. Quæ res si ita accipiatur in terminis naturalibus nihil habet in se nimie acerbitatis. Nam perpetua obligatio compensatur perpetuâ illa alimentorum CERTITUDINE, quam sæpe non habent, qui diurnas operas locant. *Ubi* si hæc verba consideres, nihil habent acerbitatis, sed tamen, quum servus *omnem suam libertatem*, propriam voluntatem, omnia jura amiserit, & *pro mortuo* habeatur, quin etiam pecudi similis nulla aliâ ex causa alimentum accipiat, quam *ne labori moriendo* se subducatur, pejor utiq; videbitur, asino vel mulo, qui *miseriam suam non intelligit*.

6. **HÆC VERO** *servitus* in hominis dignitatem non cadit. Par enim ratio *singulorum* quæ *civitatum*; HÆ libertatem civium naturalem semper expiunt, & qui eam atterere ausit, vel opprimere, Tyrannus odiosissimo gentibus vocabulo nuncupatur. Quæ causa? *Certe non alia*, quàm quod indignissimum

num sit, hominem *rationis compotem*, Libertatis optimi pretii & inæstimabilis, possessorem, DEI simulacrum, ad parrem cum *bestius sortem* redigi, demptoq; voluntatis arbitrio in *machinam molarem* commutari.

... Confer passim, quæ apud Jctos leguntur de *servitute veteri*, qua nihil miserius.

7. *Nec obstat*, si dicas, minorennem alieno subesse arbitrio nec dignitatem humanitatis conspurcari. N. V. C. nam ibi *ratio* nondum adolevit, alius regiminis indiga, manetque *caput liberum* & dominus rerum suarum, quæ in servo exulant, cujus ratio adulta, & quod sapius fieri debebat, præ Domini illâ sagacior. Quid vero calamitosius, quam prudentem stulto ad cæcum obsequium subjici.

8. *Non dixerim* servitutes Juri N. quo licent, adversari, potius ut supra monui, conducit in servitutem redigi, qui regere *seipfos non possunt*, semper tamen cum exceptionio-

ceptione, ne brutis equiparentur, habitum ratione humanitatis.

9. Proinde, decori & dignitati consultum fuit humanitatis, quod servitus perfecta apud Christianos molliori disciplinae fuetos abrogata sit.

Nec interest, Pontifici, id ausu factum. Nam olitor nonnunquam opportuna locutus.

Titulus XXXII.

De
Sepultura.

AD DECORUM sine dubio pertinet, hominum *cadavera* canum instar non abjici, quod probamus *partim* ex deformi *cadaverum* aspectu, quem amoveri dignius, ac ostentari, *partim* ab injuriis bestiarum, aëris, à quibus non sine foeditate lacerantur, corrumpuntur, *partim* quod rationi sit convenientissimum, animæ nobilis & immortalis ho-
spi-

spiritum reverenter haberi, & velut exuvias apto loco recondi.

Quem religiosum ipsa illatione fieri *Jus civile* docet. Accedit *gentilium opinio*, qui manes circa suum habitaculum versari credebant, & irasci obstructâ hoc opprobrio quiete, ni debitis honoribus superstites perfungerentur.

2. *Varias juris quæstiones* [nam antiquos ritus invicem discrepantes huc accumulare nihil ad rhombum facit] Eru-
diti invicem agitant *de sepultura*. Quarum 1. est; *Annon ALIA destructione* cadaveris defungi liceat, an cremare, vorare, in pulverem redigere: an verò **SEPULTURA**, quâ corpus in terræ fovea seponitur, juris sit naturalis.

Respondetur. Nihil interest humani juris, quomodo corpus humanum corruptioni suæ mandetur. *Humanius* tamen videtur, si cavernæ terrestri oculis nunquam ulterius usurpandum includatur, cum nescio quid truculenti in se habeat, flammis consumere corpus, & residuos cineres amati hospitii manibus tractare, lachrymis humectare. Qui *devorant*, barbariem olent, licet speciosam, quod non meliori tumulo

lo concedere mortuos posse videantur, quàm stomacho. Verum ego nullum foetidius sepulchrum parari posse autumo, cum crudæ illæ corporis particulæ non in sanguinem migrent, verum in latrinam abscedant. An *positivum fuit Divinum ex verbis Gen. III. Terra es, & in terram convertereris*, eluceat, lis adhuc sub iudice pendet, num sepultura lege quâdam hic nobis injungatur. Mihi secus videtur, quod sancti *Patriarchæ*, præsertim *Josephus*, nec patris corpus unguentis condiri, neque sua ossa servari jussisset, si præcepto Divino fuisset prohibitus.

3. *Quæritur (β) an corpora condiri & corruptioni erepta servari queant. R. quidni? Cum amoris signum sit duraturi post mortem, optimo aliis exemplo. Idem dixeris de loculis in monumento positis vel loco editiore.*

4. *Quæritur (γ) an corpora hominum furca suspendi queant, ibi mansura spectaculo. Nam hoc dignitatem humanitatis polluere videtur, Et præter hoc *κατὰ γὰρ* dicitur, qui à ligno pendet, *tumulandus priusquam sol occidat*, ne terra maculetur. 4. *Indignum* quidem foret,*

ret, si omnibus publicè putrescendum foret; sed eopse quod *exemplum* datur, horrore rei flagitia profligantur. Si enim pulchrum & elegans foret à *patibulo lineam longam* facere, & ventis ludibrium debere, terriculamentum non esset sed *invitamentum*.

Reliqua *argumenta* nihil habent in recessu; *Karaia enim forensis* illa, & nonnihil *Typici* habens ad figurandam crucis, & in cruce mortis, quin etiam peccati *abominationem*, non præjudicat licentia, quam natura dedit, arctanda quidem, si *Magistratus* videatur. *Ajunt* quidem Doctores, Hebræis perfectissimas leges latas, quæ divinam imaginem sub dio corrumpi nolent, & moribus Judæorum anxius frequentatum, ut & scelestissimos terræ mandarent. Verum Lex forensis *Judaica Romana* vel alii cuivis obicem ponere nequit, cum non omnis *respublica* ad easdem regulas dirigi, velut nec *omnes calces ad eandem formam* confici possint. Videtur aliter sentire *Grotius* l. 2. c. 19. §. 4. qui §. 5. exemplum affert, quod *avroχαις* apud Hebræos, qui mortem in pœnæ loco non habuissent, pro supplicio insepulci mansissent.

5. *Altioris indaginis* quæstio est, num
con-

contrà jus naturæ peccet, qui *alteri sepul-
turam* denegat. R. *Affirmativè*, utut
enim sepultura, quâ terræ mandantur se-
pultorum corpora, non determinetur ad
ultimos honores; *nihilominus ipse* ho-
nor turpiter derogatur, quocunque de-
mùm nomine modoque ferente gen-
tium nationumq; consuetudine celebre-
tur.

Quid enim crudelius, quàm post fata alere in-
vidiam? quam adesse, ut fædo hoc opere
testantur iniquiores, sic ad signa generosi
animi, & qui iras facilè dediscat, perti-
net, sepultura levique terra honorare,
quos vivos hostes habueris. Aliàs, cùm in ho-
stem omnia liceant, quidni liceat eodem
jure, *sepeliendi prohibere beneficium*.

6. *Quod vero ipsam* in specie *sepul-
turam* attinet, jure gentium invaluit, mo-
ribus, *inquam*, nationum, & ex consilio
rectæ rationis, ut qui cremari non pote-
rant, vel nudi jacerent, *terra* contegeren-
tur.

Nam ~~non~~ etiam post cremationem in con-
ditoriis reponi solèbant, vel terræ tumu-
lis contegi, quorum ingentem copiam in
septem-

separatione observant viatores. Observat Grotius l. 2. c. 19. quod sepulturæ jus νόμος θεῶν dicatur, & natura dedecus inferre Leoni Imperatori, qui ultima defunctis denegaverit. Idem §. 2. originem sepeliendi assequi conjectura studet; quidam metui ascribunt, ne dum Gigantei mores invaluerant, esculento cederent mortui; quidam dispositioni, quatenus corruptioni naturaliter ingruenti sepeliendo occurrerent.

7. Quapropter nec hostibus denegandum hoc officium, quod non homini sed humanitati exhibetur, quod jus κοινὸν ἐν πολέμῳ Appiano.

Non tantum id fit propter factorem aliudque inconveniens, sed ex officio humanitatis, veluti etiam humanitatem publicam dixerunt latini scriptores, Hannibal etiam quaesivit ad sepulturam mortuos Romanos, laudato exemplo.

8. Christianis summa sepulturæ cura, ob SPEM RESURRECTIONIS, & quod membra servatoris, qui divinos cibos gustassent, οἰκητήριον αἰγίῳ πνεύματι fuissent, negligentius abjici nollent.

Sepultura causâ Ecclesiæ vasa vendere aut consistere olim licebat; Et notari meretur

Grotii observatum; quod summus Ebraeorum Pontifex mortuorum tactu prohibitus, si tumulatores deessent, *sepelire jubere-
sur*, cujus rei testem *Ambrosium* l. 2. de officiis allegat, nec impar aliquid ex *jure Pontificio Romanorum*.

9. An verò propter *negatam sepulturam* bellum suscipi queat, non ambigo; Atrox enim injuria non tam mortuo quam viventi facta *injustas ultiones* patet, *praesertim* cum tenacis inimicitiae argumentum sit, etiam in mortuis & per mortuos *animi laxare proterviam*.

Bellavimus: esto;

Sed cecidere odia, & tristes mors obruit iras.

10. *Corruptionem* corporum promoveri licet, & *juvare* in officio naturam, quod in nonnullis locis *affusa calce* fieri dicitur, praesertim tempore *pestis*.



Titulus XXXIII.

De

Officiis Conjugum mutuis.

1.

NOVAM hic *telam* ordimur, sed brevi pertexendam, *de juribus & officiis SPECIATIM in hoc vel illo statu.* Jura superius nonnulla attigimus, quæ in conjuges nulla sunt, nisi *ex pacto & lege DEI positra.* De OFFICIIS plura monemus. Igitur *primariam legem conjugibus præfixam assero: CURA DILIGENTER, UT SCOPUM CONJUGII ATTINGAS.*

Equidem liberum est *cælibi*, an matrimonium contrahere velit. Nec timendum ex illa libertate, ne *genus humanum* corruat, cum non omnes intelligant *verbum hoc, continentiam.* Suavis ille impetus quovis in reia amoris & conjugii *ultra* nec invitos allicit, quo generis humani propagationi satis superque cautum est. Sed quamprimum matrimonio Te alteri junxeris, *novatibi nascitur obligatio, ut scopum societatis attingas, quam iniisti.* Liqueat.

Hh 2

Nam

Nam omnis actio rationalis fit *propter finem*. Ergo etiam hæc societas actus nobilissimus vitæ. Nec licet alium *societatis finem* fingere, quam qui *ipso nomine præferatur*.

2. Secunda Lex. MUTUI AMORIS ASSIDUE MEMENTO.

Amorem *natura* iniecit, sed *constantiam* addit *virtus*, & mutuo studio accenditur; *dividere* amorem in uxore nefas Jure N. *utriusque* Jure DEI *positivo*.

3. Tertia est, PATIENTER TOLERARE, quæ junctis Matrimonio mala supervenerint.

Pactum enim matrimoniale fieri nequit nec debet sub *conditionibus adjectis*, quæ finem societatis hujus *nec* destruant, *nec* attingunt. Sic infrumitè pascisceretur, si dentes amiserit conjux, aut gravem spiritum habebit, *divortium esto*. Id quidem voluisset *Miltonus* celebris rariore tractatu, quo divortia conjugis fastidio plenz *νὴ* *καὶ* *λαῖ* tueretur. Sed frustra; Nam pactum hoc nobilissimum, generisque humani *seminarium* ludibrio haberi, eique exponi non debet. Quod vero conjugium superveniente frigiditate, v. gr. perpetuum pronunciarint *Jcti*, id *respectu Christianismi*, & quod spes superat *medeæ*, factum fuit. Quæ si decollat, v. gr. *vulnere facto*, in

in locis generationi dicatis, naturali jure rescindi pactum nihil vetat, quod *finis conjugii* casu hoc lugubri interclusus sit.

4. Quod CUSTODIAM attinet, illâ non semper conjux indiget, veluti nec *alimentis*, nam hæc conjugii accidunt, & ex pactis, aut etiam *equitate* ortum habent.

Equitas imperat, ut si pacto nihil ejusmodi cautum fuerit, *Mas* tamen utpote robustior infirmiore conjugem *tueatur*, cujus autoritas jure civili insigniter aucta est, & si dos & alimenta defint, ea largiter subministret, cum minus valeat foemina ad *comparandum panem*. Quod tamen divisis operis *Labor* & *puerperium* veluti expenso distribuantur inter maritum & uxorem, à *lege DEI* positivo ortum trahit.

5. An JUS *correctionis* marito competat in uxorem, illud essentiale conjugii esse non ausim affirmare. Nam ex hoc pacto præcisè non nascitur imperium, nec *imperii species* in thori sociam. Quoniam verò Lex naturæ non vetat, ut pars prudentior & sagacior minus prudenti, præsertim in re ad conjugii *finem* pertinente,

nente succurrat, nihil impedit, quin *marito illud jus accrescat*; quandoquidem sexus potior ætate sæpius, semper ferè rerum experimento, animique constantia quæ à prudentia vera exulare non debet, *sequiorem antecellit.*

Sic & *Abigail* versa vice Nabalem suum prudentiâ prævenire, & quæ sexum decet, digna humanitate corrigere potest.

6. *Scopo pactoque CONTRARIUM nihil admitti debet*; *Illud impietas, hoc perjurium foret.*

Quapropter natura solers conjugium *sancto* horrore munivit, ne peccatis contra naturam se polluant horrendo facinore; Nec *pacti fides violanda est, nisi ultro aliter convenire placeat, intellige in iis, quæ contractui principali adjacent, nec nocent.* Ex thesi non valet votum, ut vocant, *perpetua castitatis* in medio thoro. Tollitur enim ipsa contractus *substantia, quæ ad prolem quarendam intenditur.*

7. In conjugiiis naturaliter vel ex Christiano ritu spectatis EA, quæ *Leviticam* concernunt puritatem veteris legis, nec finem

finem conjugii impediunt, insuper habentur.

Sapienti sat!

8. Admissâ naturaliter *Polygamia virili*, à nimio plurium amore abstinendum foret. Quanto magis, cum ad *unum* Lex DEI conjugium adstrinxerit.

Sic certum conjugum *numerus* Regi præscriptus, una Pontifici. Ne ibidem nimia libido effervesceret, regia licentiâ. Hic castitatis exemplum & *moderati conjugis* aliis ostenderet, Evanescit dispersus ignis, & in plures animos divisus amor. Quo nomine adulteria juxta *scædisfragium*, omnesque amores illiciti, licet impedito acta, carpunt.

9. Amissa letho conjuge ad *secundas* nuptias OPPIDO provolari non debet. Hoc enim argueret prioris pacti *letam* poenitentiam, amorisque debiti insigne *frigus*.

Sed etiam à *suspicionibus* vitiorum abstinuisse pulchrum est, *iniquitas* vitium in toties ingeminatis matrimoniis notarunt *Patres*. Verum *necessitas* legem non habet, & multi nollent numerosæ proli malignam imponere novercam, si *educationis* indigentia & *alienæ occupationes* id permetterent.

10. Conjugibus *secundo matrimonio* copulatis integrum omninò priorum meminisse *charitatum*, sed procul recentis *pacti pœnitentia*, vel *prioris fastidio*, ne levitatis notâ inuramur, & suspicione nos libidine tantum vel honoris aliusque commodiaucupio in conjugium ferri, sine digno amore, qui tamen, si in præsens vehementius tendat, quam præteritum, excusationis privilegio gaudet ob congenitam *hujus affectus imbecillitatem*, qui PRÆSENTIBUS solum nutritur foveturque *illecebris*.

Titulus XXXIV.

De

Officio parentum & liberorum.

I.

PRimum est Parentibus communitè observandum, NE PATRIA POTESTATE ABUTANTUR.

Hæc

Hæc enim data est ad societatem, quæ ex personis parentum liberorumque extruitur, Potestatis illius origo, quod nuper dicere omisimus, *triplici* ex fonte derivari potest, (α) à *Dominio*. Quivis enim *actus sui* Dominus æstimatur, at actus effectum comprehendit, & id, quod *actum justè* acquiritur, (sicut in occupatione, parentes enim occupant filium.) Ita etiam *prolem*, quamdiu actionum suarum potentia non gauderet regimine. (β) à *pactio præsumptio*, quod intercedit inter patrem & filium, quâ primum *vivere incipit*. Tunc enim jam *Dominum* & *vitz suæ*, & præsumitur imperium voluisse cedere in seipsum *ob nutritionem, curam, educationem*, data in compensationem *obedientia*, quam liberi parentibus præstant. Idque pactum ut omnia alia servandum est *intuitu societatis*, Cui filius *non patri* generatur. (γ) *Ex fine actus* humani, cujus **INTENTIO** durare debet *partim* ex instinctu naturæ, *partim* socialitatis, *partim* ex voluntate, dum alteri jam jus quæsitum est. Sed finis intercederet, si *proles vivens* intercluderetur, necaretur.

2. **ABUSUS** patriæ potestatis apparet in *excessu* castigationis, odii, nimii laboris, quæ omnia ad liberorum salutem & societatis paternæ *firmamentum* nihil juvant.

3. SECUNDO ALIMENTA liberis præstanda sunt cum utili educatione; Cùm enim prolis vitam, non qualemcunque, sed homine dignam conjugium respiciat, cum alimentis etiam reliqua debentur, sine quibus educatio laudabilis sequi non potest.

Eapropter dignum quid munere suo faciunt parentes, si expensis non parcunt, ut liberis ad virtutes & scientias, & his mediantribus ad luculenta vitæ commoda fores patèfiant. Econtra *maledicta memoria* ignominiam à posteris notantur, si socordia parentum aut avaritia proles *longam iniqua fortuna molestiam*, duraturo in nepotibus damno educationis, experiatur.

4. TERTIO, prospiciendum quoque liberis erit, si *moribundi* impuberes relinquunt, ne vacuas ædes & loculos inveniant, nihilque præsidii ad *supplendam feliciter educationem*.

Quod per *parsimoniam atq; frugalitatem*, virtutes utilissimas, & prudentia *Oeconomica auxilio* obtinetur.

5. In liberis omne tulit punctum GRATITUDO; Hanc enim ipsis reliquam facit

facit summi beneficii, quod à parentibus acceperunt, *memoria.*

Etsi enim *adultæ ratione* in plenum libertatis usum vindicantur, nihilominus omni reverentia, honore & gratæ animi officiis non exolvuntur; Etenim contra quosvis ingratum esse turpissimum, quid nî in parentes?

6. GRATITUDINEM illam testantur *luculento obsequio* tum quâ sub potestate ipsorum impuberes degunt, tum quâ emancipati sui que juris. *Priori respectu* obsequii necessitas liquet. Substant enim aliis regimini, *infelices* futuri juxta impietatem, si suo opte genio velint obsequi. *Posterius ex autoritate* residuâ colligitur, qua parentes, dum vivunt, inter suos filios & nepotes eminent.

Equidem *servi* non sunt parentum liberi, non obligandi ad officium parentibus exhibendum, si *propria* ipsorum familia, id non ferant. *Cujus rei ratio* in hoc sita est, quod parentes non suo commodo generent & acquirant liberos, sed *societati*, cujus interest, ut *adulti suas rationes seorsim habeant.* Præterea pactum illud tacitum, (de quo. *Sicæ prima,*) non ultra *maturæ rationis*

tionis terminos porrigitur. Quo fit, ut si pater filium æternis officiis adstringere velit, nec pati, quin familiâ tandem abeat, filius non teneatur, quemadmodum nec in matrimoniis pro lubitu prorogandis facultatem habent. Ut intelligas, non à patris arbitrio pendere emancipationem, sed naturaliter à virili filiorum conditione. Quicquid tamen horum sit, veneratio & beneficii accepti memoria nunquam abolebitur. Non illa, quod illis semper referant parentes, qui post DEUM vitæ fortunæque commoda nobis dederint. Non memoria, quam quælibet originis nostra cogitatio refricat; Proinde auxiliis ferendis & solatio non deerunt liberi probiores, nec obsequia, utut fortasse molesta detrectabunt. Quanti DEO habeatur in parentes pietas, tabula secundæ initium & Legis quartæ benedictio docet.

7. Ad gratitudinem refertur ἡ ἀντιπελαργυία. Reciprocus benefaciendi conatus & facilitas, idque vel ordinario casu, quando parentes aliorum ope cum ex communi hominum conditione, tum ex ætate, senio, morbis, indigent; vel extraordinario, dum infortunia passi sunt, &c-

& egestatem, persecutionem, & quicquid aliorum malorum tolerant.

Hic Rhodus! ut pietas remeet in originem suam, nec fastidio senectæ languescat, de cuius necessitate non ambigimus. Nam & exteris alimenta debemus, si esuriant, opem, si indigeant, *quidnis illis*, quorum beneficio SUMUS. Esto autem parentes sua flagitiis vel inertia dilapidasse. Tunc Rhadamanteus peccati exactor eris, & fame mori vitæ tuæ autores patieris? *Haudpote.* Vid. *Grotius* l. 2. c. 7. §. 5.

8. Quod de *parentibus* dixi, id etiam de *avis & proavis* intelligi velim, quemadmodum & illa filiorum de nepote; Hoc tamen *discrimen* intercedit, quod mutua officia inter parentes & liberos *immediatè* exercentur, inter reliquos non nisi ob *factum* intercedens.

- Si filius moriatur, avitæ curæ *recedit nepos*.
Sic nepotis avus tenex & indigus.

9. Hic locum invenit **REPRÆSENTATIO** in successione, quatenus vicaria successione liberi *patrem mortuum representant* in cernenda avi hæreditate, quod jus etiam apud *Hebræos* valuit.

10. In

10. In damnati coitûs *prolem* illud JUS NON est parentibus, ut alimenta ipsis & necessaria ad vitam eripere possint. Nam *generando effectus* producitur, qui quamprimum vivit, jus in genitorem quæsitum habet, ne destrui possit, quicquid sit de *vicio generationi adherente*.

Titulus XXXV.

De

Officiis inter Dominum & Servum.

I.

PRescindimus hic de *qualitate servi*, quo gradu libertatem suam Domino addixerit. Consideratur, ut *pars familiae* & persona, quæ pro certo emolumento servitia præstat, & ministeria *familie capiti*, juxta ejus dispositionem.

Rex est familia paterfamilias, cui obsequium suum addixere liberi, *naturaliter*, *ascensio jure servi*. Nec enim *servi nascuntur naturali*

vali jure, sed fiunt. Fiunt autem pacto *tacito vel expresso*, quo emolumentum pacificentes singuli in *εὐαγγέλιον* quærunt, ut *tantum* mercedis, alimenti commodi, præstetur servo pro laboribus, iisque vel absolute vel restrictim addictis. Paterfamilias imperat, non suo tantum sed *totius familia commodo*, cui præest.

2. In utroque suprema Lex est FAMILIÆ [seu familiaris societatis] SALUS.

Societas paterna etiam *χίον* induit, *admotio famulatio*, cui *addictus* imperatur, & hi, ut dictum pacto se obligant ad ministerium, & operas *pro lubitu* vel ex tenore *pacti* præstandas. Quod imperii speciem habet aut *despotici*, aut ad *certain leges & reservata* restricti. Sed *imperium omne* labefactatur & concidit, nisi superior & inferior *ad finem*, cujus gratia imperium natum est, *conspirent*, qui Salus hinc est *societatis familiaris*.

3. Si ABSOLUTE servitium addixerit, excipi tamen ex *equitate* creditur, ne *supra vires* & in detrimentum *evidens* laboribus onerari debeat.

Differt enim *homo & asinus*, & tamen nec bestias nimis onerari *pietas* in DEUM jubet, & *in creaturam commiseratio*.

4. Quo

4. Quo pacto *citra fraudem* alimenta servo & *merces* cum commodis promissis exhibenda sunt, ne *calamitati suæ ingemiscat*. Nihil certe atrocius hoc flagitio & iniquius, quando magnis sudoribus pauperuli mercenarii exiguum panem lucrari conantur, & *Lapidosum* exhibent fraudulentis conductores, vel prorsus post *longas tergiversationes* denegant.

Scelus sidera inclamans Scriptura vocat, certam maledictionem attrahens, quod magnæ sæpius familiæ ad incitas redactæ experiuntur. Tantum *suspiria miserorum* pondus habent.

5. Si sub **CERTIS** conditionibus serviat mercenarius, ultra pacti limites adigendus non est, multo minus arrepta levi occasione *totus labor* contemni, imminuendæ scilicet causâ mercedis.

Quod peccatum priori satis affine est, per manifestam iniquitatem *dolis malis* insententiam. Et quam vana spes lucri, quam ex ejusmodi *cavillationibus* multi aucupantur.

6. Econtra *servis* & omnibus aliis, qui
operas

operas suas locari permittunt & conduci, per conscientiam incumbit, ut (α) FIDEM servitio adhibeant procul omni fraude & dolo.

Nec sufficit, si dolus tegatur, aut speciem habeat opus fallacem. Manet enim iniquitas, cum ex pacto ut vera & solida merces, ita servitium fidele fucatum intelligatur. Quo vitio totus orbis scatur, & quis sibi artifex non pulchrum ducit, us conductorem egregie decipiat. Par clades & peccandi pertinacia in famulitio ἐφθαλμοδύλην apparet.

7. (β) Absque MOROSITATE, sed lætis animis operas suas exantlent. Quod Dominis gravissimum accidit, si de sexcentis rebus conquerantur servuli, nulla causa, quàm tædio laboris.

Sua autem solerter exequi virtutem sapit, & firmatum animum, qui prospicere sibi nihilque metuere didicerit, & per inconstantiam nulla promissi factive pœnitentia ducatur.

8. Nec minus (γ) patientiam adhibeant, si austerus monitis Dominus ἐργωδίασιν instet, & si jus ferat, minas vel verbe-

ra intentet. Obsequi enim *σκληρόις κυρίοις* gloriosum.

Nec jure natura par pari referre licet, qui nobis imperandi jus habent, nec, si dura patientis judicium valeret, facile sibi auctoritas imperantis & societatis, cui preest, salus constaret. Addo, quod data oblocutionis licentia insolesceret servorum genus, iniquissima Domini conditione, cui tandem à famulis metuendum foret.

9. Si SERVUS imperio Domini obnoxius *delinquat*, puniendus erit *ex regulis prudentiæ*, quin *melior*, non *contumacior* reddatur.

In statu naturali, si magnâ familiâ gaudeat paterfamiliâs, & imperii in modum illa regatur, dubium non est, quin jus vita & necis in delinquentem Domino ut Regi competat; Idque non ex naturâ servitutis, sed imperii. Illa impunitatem dederat, hoc jus.

10. Servus justam *quærendi* materiam habens, non factò, sed legitimis viis pactum cum Domino in *exolvat*, veniam petendo; Quod si ejus naturæ pactum non sit, sed adamantino vinculo roboretur ad perficiendum scil. opus, vel
tota

tota vitâ, suspiciis satiabitur animus, donec voluntas domini in melius mutetur.

Alicer sentiendum, si pacto conditionibus non stet Dominus in mercede tribuenda, tunc suâ naturâ expirat. Ut pares enim paciscendo considerantur. At si pacto inæquali unius voluntas ab altero suspensa sit tanquam superiore, teneraus licet conditionibus, pactum & obligatio non evanescet, quantum ad materiam, quæ deberi jam incipit ex Imperio.

Titulus XXXVI.

De

Officio Regis & Subditi.

I.

JUS REGIUM à variis sed *diversa methodo* descriptum est, quod alii in *meram libidinem*, alii vicissim in *precariam potestatem* convertere allaborârunt. *Medio tutissimus ibis*, si dixeris **JUS ESSE**, quod ad *salutem civitatis communem finem*, ut medium requiritur.

li 2

Hinc

Hinc exulant *Tyrannides*, *Libido impotens*,
 petulantia in civium bona & vitam, quæ
pactò ad servandam civitatem minime inclu-
 duntur, in cuius *notoriss* transgressioni-
 bus dijudicandis non imperii parte, ut
 garrunt, opus est, sed *sensu*. Verum nolim
hoc nleus tangere, à jure publico universali
 tractandum. *Regis nomine* omnes rerum
 publ. formas complector, quibus *Majestas*
 & imperandi vis in civitate vestitur.

2. *Regi* igitur, quæ officium ex jure
 collato, summa Lex est, SALUS PO-
 PULI.

Hujus enim GRATIA nascuntur *fascēs* &
 imperia, non *fascibus* populi. Qui patri-
 monialia sibi regna arrogant, videant
quo jure. Omnibus tamen hæc lex posita
 est, ut populi salutem curent, & Pater
 familiæ, qui tamen suo commodo studet,
 famulitii salutem observet. Quam si quis
 neglexerit, in sua ipsemet viscera sævit,
 cum regis salus à civitate pendeat, cui
 præest, ut illa navarchi ab incolumitate
 navis, quæ *vehitur*, & quam dirigit.

3. *Secunda* Lex, UT OFFICII SUI
 SATAGAT; nec enim sufficit non
nocere, opus est *prodesse*, armis, legibus,
 exemplo. *Tertia*, ut JUSTITIAM,
 basin

basin felicitatis publicæ, post religionem in DEum arbitretur.

Hæc enim *excelsetur* firmaturque *Societas*, illa DEus in auxilia & benedictiones provocatur. Quid verò Regibus regulam scribimus vivendi, qui jura *manu* metiuntur & gladio, cæterum *aures* in *pedibus* habent?

4. *Subditi & cives* differunt aliàs, hic confundo, quatenus ad Imperantem referuntur. His injungitur ante omnia, (a) ut *FINIS* non obli-viscantur, ad quem cum Imperante *junctis viribus* collimant.

5. Ut (β) *MORES* Principis ferant, qui raro in omnes, *certa Phrenesi*, sed in *singulos* debacchari solent.

At consultius omnino est, ut *panes* injuriam ferant, quàm ut evitando illam in *majus periculum* totam civitatem conjiciant.

6. Ut (γ) *LIBENTER* omnia, quæ ad societatis conservationem & emolumentum requiruntur, *bona, membra, vitam* expediant.

Nascimur enim *aliis*, non nobis, quam necessitatem officii fides data in civitatibus *immensum* auget, ne libertate, vita, bonisque nostris utamur, nisi *in ordine ad finem*, quem nobis *nascendi fortuna & studium* perpetuæ felicitatis præfixit.

7. LEGITIMUS de reliquo *Princeps* Majestatis officia moderabitur ad *normam Legum*, quibus publica libertas innititur, ne fraudibus eripiat *absolutè regnandi* licentiam, nisi ultro offeratur, memor conditionis antiquissimæ mortalium, quatenus non libidinis, non Tyrannidis, sed *justitiæ causâ* Reges sibi condidere.

Nota (1) *Leges fundamentales* dari, quicquid in contrarium afferant effrenis potentiz *advocati*; Una est, quam natura ipsa condidit, & per Naturam DEUS, ne ullius hominis vita *alterius libidini* pateat, quo *jure subditi* cedere non possunt, etsi per *inertiam* vellent. Reliquæ à pactis *antiquissimis* ortum habent, ad quæ *jurato Princeps* adigitur. Quæ leges non à presentantum populo, sed omnibus retrò antecessoribus scriptæ, firmatæ, communem autoritatem accipiunt, nec *temerariam* transgressionem patiuntur. AIS: at nulla

la lege tenetur Princeps, quis enim Superior ipsum obligaret, cum populus cum sua lege non sit superior. AJO. Frustra provocari ad superiorem, cujus nulla necessitas; Nam in pactis, si una pars conditionem negligat, hoc ipso altera quoque eximitur, nec opus est ad hanc rem iudice, sed SENSU, ut dixi. At quid est imperium quam COLLATIO imperandi & parendi OBLIGATIONUM, vel nulla vel certa lege pacto annexa. Aliud QUÆRITUR, num Princeps officii negligens oppidò deijciendus sit, quod nemo probat.

(2) MAJESTAS sic à DEO data naturaliter concipitur, (de Scriptura jam non loquor,) aut constituta abs hominibus societate imperandi vis à lege naturæ, & conseq. DEO descendere perhibeatur, hoc effectu, ne pacto sola sed & lege teneri se subditi arbitrentur. Velle enim finem societatis civilis, (quæ est enixè procurata hominum ibi viventium tranquillitas, communis naturæ scopus, civitate feliciter attingendus,) DEUS palam reprehenditur. Ergo & media ad finem. (3) Negligens officii Princeps ruina pone sequente, si duraverit consilium, (nam infirmitas humana quemvis excusat,) non jure, sed patientiâ regnat, quod repetitis curis denuò convalescit. Talis enim, monente Grotio, abjecisse imperium concipitur, qui genio tantum indulget, occasione imperio da-

ta, imperii autem labores odio habet. Dico, imperii & actionum cum Majestate intimius connexorum, quæ delegari & consiliario committi non possunt.

8. Si in *Summum Imperantem* arma sustollere non licet, non licebit quoque in *inferiorem Magistratum*. Est enim

ἐπιλόμενος ἀπὸ τοῦ βασιλέως.

Excipe casum, si Magistratus jura Principis *inviti* involet, nec *hiscere* audentis.

9. *INVASORIS* jus longâ civium patientia & pacto accedente convalescit, nec licebit *in regem*, quod antea *in hostem*.

Rex etiam dejectus, si *media desint* vindicandi regnum, *deseruisse* ultro intelligitur, à civibus noviter conferendum. *Ratio est*, quia pendente lite, *civitatis* salus occumberet. Quod à *rege* frustra reperitur, cum *præscriptio possessionem* in avo alterius Principis *invasore captam* muniverit.

10. Nisi *clausula COMMISSORIA* in creatione Principis adjiciatur, hoc illove casu obedientiam excipi, *temerè* asseritur in posterum, intellige in iis, quæ *DEUM* non offendunt. Quod si *expressa lege* definiatur in *nullo casu Licere resistere REGI*,

REGI, ferenda ejus voluntas, etiam ad *internecionem & Religionis a-vita,* & destructionem non civitatis quidem, sed horum *in individuo civium,* vergat imperium.

Quam liberalitatem inter DD. res dubio jure tot seculis agitatam exteri *in Anglis* merito mirati fuissent, nisi scirent, *prioris* Parliamenti decisa, *posterioris* definitionibus nullo modo prajudicare posse. Optimum

illud Petri Epist. I. c. 2. v. 17. Πάντας ἠμῶν
κατε. Τὴν ἀδελφότητά ἀγαπήτε. Τὸν Θεὸν φοβήθητε.
Τὸν βασιλεῖα ἠμῶν. Videatur ἰ πάν *Grotius*

Lib. I. cap. 2. 4. & in eum

Bæclerius.

HIC TERMINUS ESTO.

Θεῶ Δόξα.



SCHEDIASMA

De

**Novo Calculo & facilio-
ri instituendo,**

*Circa gradus prohibitos vel
licitos*

JURE NATURÆ,

Cùm Affinitatis tùm Consanguinitatis,

Quod

**Ad elucidandum Sectionis III. tit. XIV.
huc apponere liceat.**



HYPOTHESES.

1.

IN *computatione* graduum dantur lineæ *perpendicularares*, vel PLURES, vel UNA, vel NULLA; *Una*, ubi subjectum ponitur quæstionis, vocatur perpendicularus principalis.

• *Reliqui collaterales.* Iterumque, si *vera generationes* quæruntur, *perpendiculari consanguinitatis*, si *relationes generationum ex interveniente conjugio*, *Affinitates* liceat vocare.

2. *Linea perpendicularis* generationibus constat, quæ *vel ascendunt, vel descendunt, vel utrumque.*

3. *Filius à patre distat uno gradu, quia una generatione.*

Ita

Ita vicissim pater à filio. Sic avus à nepote duobus & vicissim.

4. Sed cùm avus generare *per filium* nepotem dici possit, atavus *per intermedias personas* pronepotem, *æstimio morali* velut UNA est generatio, Ergo & UNUS gradus.

5. Liberè possunt generationes illæ sigillatim numerari, vel complexim, ut num. 4. dictum.

6. Frater & foror UNUM sunt, nec propriè gradum constituunt, quia gradus oriuntur ex *generatione* tam in consanguineis quàm affinibus, *quæ hic nulla* est.

7. Liceat hæc vocare UNUM Identitate *sanguinis*, & æstimare velut unam personam *moralem consanguineam*.

8. Sic etiam Conjuges, Maritus & Uxor UNUM sunt, nec gradum invicem constituunt, UT UNA CARO.

9. Liceat hoc vocare Identitatem CON-
FU.

FUGIT, & unam personam moralem
AFFINITATIS.

10. *Linea perpendicularis* est, etsi una tantum generatione absolvatur. Reliqua velut obvia, termini usitatissimi hic supponuntur.

SEQUUNTUR REGULÆ.

Generales. I. **UBICUNQUE** per generationes ascenditur, vel descenditur, si **DUO** adsint perpendiculares conferendæ, **ALTERA** pro uno tantum gradu numerabitur.

Dico Altera, non licet utramque. Ratio, quia perpendiculus ab una persona subjecto quæstionis exoriens fundat *identitatem æstimatam* generationis & unius gradus, non vero perpendiculus *collateralis* commensurandus.

2. Quicquid *primo gradu* distat vel in consanguinitate vel affinitate, *prohibitum* censetur. **NUNQUAM** vero *secundus gradus*. Vid. Hypoth. 6.

3. Quod vero cum personis *gradum*
fun-

fundantibus coalescit in unam personam
 moralem, Identitate sanguinis & conju-
 gii *differentiam* habet. Vid. Hypoth. 7.

SPECIALES.

1. In *consanguineo* perpendiculari, vid.
 Hypoth. 1. Quæ UNO gradu distant,
 tum ipsæ personæ constituentes gradum,
 tum quæ IMMEDIATE idem sunt
 SANGUINE, & CONJUGIO prohi-
 bentur. Sic avus, avia, atavus, atavia,
 Eorumque conjuges, (intellige non tan-
 tum, ex quibus descendimus, matres, sed
 & *no-vercas*;) & sorores, *vetantur*.

2. In perpendiculo *Affinitatis*, quæ 1.
 gradum personæ constituunt, *vetantur*,
 quæ sanguine & conjugio cum ipso *co-*
herent, LICENT, etsi dissuaderi pos-
 sint, quia parentum filiorum loco sunt;
 ut Soceri *conjux*, *soror* ita Profoceri &c.
 privigni, vitrici.

3. In *consanguineis*, qui nullo gradu di-
 stant, *vetantur*, ut sorores & fratres.

4. In

4. In *Affinitate*, per conjugium, quæ nullo gradu distant ob consanguinitatem, LICENT; ut soror conjugis, sic frater fratricam viduam ducit & ejus sortorem.

ULTERIUS EXPERIMENTUM EXEMPLIS.

QUÆRITUR I. an liceat ducere *Amitam*, vel *avi sororem*.

R. *Nego*, quia, quæ uno gradu distant, prohibentur, & in consanguineis personæ connexæ, sanguine & conjugio, quæ gradum non augent. Reg. Spec. 1.

Quar. 2. An liceat ducere privigni uxorem. R. *licet*, sed dissuadetur, quia privignus distat primo gradu affinitatis prohibito, sed quæ ipsi connexa sunt, dissuadentur. Reg. Spec. 2. Par ratio de *vitrici sorore*.

Quar. 3. an liceat ducere privignam;
R. *Nego*, quia distat uno tantum gradu.
Hyp. 3. An vero propri-vignam. Nec

hoc

hoc licet; ob eandem causam, quia avia conjux mea à proprivigno meo filio suo distat *tantum uno gradu*, ex Hypoth. 4.

Queritur 4. An liceat ducere norvercam. R. *Non licet.*

Quoniam in consanguineis, quæ cum persona *uno gradu distante*, conjugio vel sanguine coalescunt, *prohibentur.* Juxta Reg. Spec. 1. Sic nec avi vel aviæ sororem, ex eadem regula.

Queritur 5. An liceat fratris filiam, neptim, ducere. R. *Non licet.*

Nam filia vel neptis ab avo vel patre distat *uno gradu*; At in consanguineis, quæ sanguine vel conjugio idem sunt, *vetantur.*

* *Vid. Justin. Instit. tit. de nuptiis, qui quartum & porro centum gradum prohibitioni subjicit; Rellè, Verum hac confusionem patiunt, si modo secundus gradus prohibeatur, modo quartus & quintus liceat.*

Quer. 6. Licetne vero ducere patruis filiam (Patruelem.) R. *Utique*, quia distant 2. gradu. *Secundus gradus nullibi prohibetur.* Unde probas, secundo non tertio gradu differre. Generationes con-

Kk

stitu-

stituunt gradus. Me & patrem una generatio dividit, pater & patruus *unum* sunt; Patruus generavit filiam, qui *secundus gradus*.

NB. In hoc nostro calculo non ascenditur ad capita stirpium, sed ad ea, quæ *unum* sunt, in consanguineis, sanguine, ut fratres & sorores in affinitatibus ad unum conjugio, quod in Hypothesibus erat observandum.

Quer. 7. An liceat ducere *patruæ uxorem* VIDUAM; R. *Licet.*

Quia in consanguineis *unus gradus* vetatur, & id quod cum ejus relato connexum est sanguine vel conjugio, sed *immediate*. Verum vidua patruæ cum patre non coheret *immediate*, sed *mediate* ex Reg. 1. Special.

Quer. 8. Licetne ducere *sororem novercæ*. R. Licet ex Reg. Spec. quarta, nam noverca est *affinis mea* in primo gradu, nec mihi nubilis, ex Reg. Spec. 2. Ea vero non prohibentur, quæ sanguine vel conjugio cum iis relatis idem sunt, licet *dissuaderi* possit.

Et sic porro.

Qua

Quer. 9. An liceat ducere *filiam* vel *neptim* *novercæ*. R. *Utique*. Nam pater meus differt unâ generatione & gradu, pater & *noverca idem* sunt, sed quia neptis vel filia *novercæ* iterum ab ipsa distat uno gradu; **ENDUOS GRADUS!** Sed **secundus gradus NULLIBI** vetatur.

Qu. 10. An *consocer* & *consocrus* matrimonium contrahere possint. R. **UTIQUE**; nam differunt 2. gradibus *inter se*. Conjuges enim *unum* sunt, sed singuli distinctâ generatione invicem feceruntur; at duæ generationes faciunt duos gradus, si sint in diversis perpendicularibus. Juxta Reg. Gen. 1.

So dürfen Vatter und Sohn/Mutter und Tochter nehmen *ex eadem causa*.

Cæterum fateor *ex datis hypothsesibus fieri posse, ut pro diverso initio numerationis easdem personas modo 3. modo 4. 5. 6. gradibus*

K k 2

bus

bus differre, verum quod omnis secundus gradus sit licitus, reliquæ in considerationem non veniunt in puncto connubii contrahendi, quod unicè Jus N. considerat.

Huc pertinet

SCHEMA CONSANGUINITATIS,

ad


Explicandum id, quod Tit. XIV. diximus.

Nota I. Jure *Canonico* Ego & filius *patrui* distamus 2. gradibus, quod à *communi* stipite avo sint generationes duæ, *quibus* distare dicuntur *illo jure*. II. Jure *Civili* 4. gradibus, nam *numerantur persone* excluso stipite. III. *Mea Methodo*
 filium

SCHEMA CONSANGUINITATIS

Ad

Explicandum id quod Tit. XIV. diximus.



Hi descendendo in in-
finitum mihi vetantur.

Hi mihi prohiben-
tur in infinitum.

Hi solum ascendendo in
infinitum vetantur, non
collaterales & per filium pa-
trui descensus.

flu
Al
dit
ne
lop
p8
of
30
nea
dan
adpe
me
ure
UM
fisc
en, u
rem,
ndic
i ha
ET
offur
im a

filium incipit ab iis, qui *UNUM* sunt, Ascendo ad patrem, à patre *nullo gradu* distat patruus, sed pater à *me uno*, licet sine generatione patruum, *filius* autem secundo per *generationem patrum primam*. Ergo & *patruus* distat à *me uno gradu*. Ratio supputationis est, En clavem! quod ego numerem *gradus* per *generationes* in linea perpendiculari, usquedum offendam *sororium vinculum*, post descendo ad personam, cujus distantiam quæro, & numero generationes ab *illa sorore* vel *fratre*. Postea in meo perpendiculo *UNUM gradum* constituo *ex omnibus*, reiectisque personis sororiis habebō quæsitum, ut patet in schemate. SIC avi *sorem*, & si quæ *trita* vi esset, quod perpendiculum à me ascendens pro uno gradu habeatur, **DUCERE NON LI-CET**, filiam vero sororis illius ducere possum. Quæ ratio? Unum est sororum avo, & uno gradu distat, *reliqua so-*

„ *Hæc Sententia nemini obtrudatur, dis-*
 „ *curfus gratiâ apponere placuit, nec com-*
 „ *mune calculum nostris ineptis impedi-*
 „ *tum volumus.*

Huc pertinet

SCHEMA SECUNDUM


Affinitatis.


Complector omnia in *Cerasium*, quæ de gradibus allata sunt. (a) In *linea perpendiculari* ascendente prohibentur *personæ generantes* in infinitum, etiam *ea*, quæ cum iis idem sunt, ut *sorores, fratres*, non verò *fratrum sororumque filii & nepotes*; (b) Quo *longius* disto ab iis, qui *unum* sunt, & eâ, quam in *matrimonium* peto, eò *latior* est *consanguinitas*, quæ *latitudo* patet in infinitum. (c) Velut *soror & frater unum* sunt, ita ex eorum *conjugio* nati, *matrimonium* contrahere possunt *Jure Nat.*

SCHEMA SECUNDUM

Affinitatis.

Perpendiculus Affinitatis prohibitus in infinitum.





Na
 Ju
 tur
 ga
 fin
 da
 fun
 nu
 bi
 g
 g
 te
 r
 q
 l
 c
 i
 c

Nat. *alios* verò ascendere non possunt, *Jure Civili* hoc non permittitur, sed tantum, si *fratris filius* cum sororis *nepote* jungatur, ut filia Lothi cum Jacobo & vicissim. Hæc de *unitate sanguinis*; sed & datur *unitas conjugii*. 1. *Conjuges* unum sunt, Ergo, quo gradu *consanguinitatis* unum distat in linea perpendiculari, distabit alterum, *affinitate*. 2. Licet conjugis soror fraterve cum ea unum sit sanguine, *gradus tamen* constituit in *affinitate*, juxta vulgatum computum. Sic *duarum sororum* vetatur matrimonium tanquam ex 1. gradu. Verùm *jure nat.* nullum gradum constituere assero, Ergò *ducere licet*. Vid. 9. 8. 3. Qui cum affine in 1. gradu *affinitatis*, aut sanguine aut conjugio *unum* sunt, *Jure N.* non prohibentur, v. g. Soceri mei soror vel vidua, noverca uxoris, privigni vidua, nisi forsan ex *Consilio honestatis*, Vid. 9. 7. Verùm ex opposito, quæ cum primo gradu *consan-*

guinitatis CONJUGIO unum sunt, id ducere non licet, v. g. novercam, nurum, LICET tamen novercæ & nurûs fororem.

REGULA CALCULI

generalis hæc est :

U*Bicunque* per generationes ascenditur & descenditur, si duo sint perpendiculares conferendæ, vel una, Altera *pro uno* tantum gradu numeratur.

REGULÆ SPECIALES.

I*n consanguineo* perpendiculari, quæ 1. gradu distant, tùm ipsæ personæ gradum constituentes, tùm quæ idem sunt sanguine & conjugio prohibentur, sic avus, atavus, eorumque conjuges & sorores.

2. In perpendiculari *Affinitatis*, quæ 1. gradum personæ constituunt, simpliciter vetan-

tantur, quæ sanguine & conjugio cohærent illis personis; *Consilio*, si velis.

3. In consanguin. quæ *nullo gradu* distant, prohibentur, ut fratres & sorores.

4. In *affinitate* per CONJUGIUM, quæ *nullo gradu* distant, Jure Nat. LICENT; ut soror conjugis; sic frater fratricam viduam ducit, & ejus sororem.


Repete, quæ in Schediæ smate proponuntur.

**SIC UNUS GRADUS DIMENSIONE OMNES
GRADUUM DIFFICULTATES RE-
SOLVI POSSUNT.**


ἕναρ ἰδου δειξαι.



APPENDIX.



AD
LECTOREM.

 *Uod in præfatione antecedentis tractatus meminero novæ cujusdam dispositionis, qua mediante disciplinas Morales mixtim hætenus tractari solitas in luculentum ordinem digerere liceret, & verear, ne quorundam judicio ipsemet limites præscriptos transiisse videar, cum officia cum juribus nonnunquam pari passu in superioribus ambulent, propterea speciminis loco Schema quoddam subjungere prioribus volui, non eo animo, quasi alius mea sententiâ standum sit, sed ut Lux quædam antea prolatis affulgeat, & medium ostendatur, quo*
juvan.

juvante confusionis periculum discentes, felicius subterfugiant. Et quoniam nonnullis grave videbitur, ob ignorantiam terminorum moralium, [qui utique premitteendi sunt,] occurrentes enodare materias, Tabulam subnectere placuit Specialem, quæ οὐλογίας terminorum, quibus τό Morale constituitur, brevissimo ambitu depictam exhibeat, addita ἰξνήσας, prout institutum fert præsens, non diffusa quidem, sed clarissima; cùm qui altiora sectentur, irriguis Moralistarum fontibus labra proluere poterunt. Hoc quicquid opellæ suscepimus, ut ii, qui eminentis hujus omniumque utilissimæ discipline fundamenta locandi salutare consilium ceperint, indicium habeant, & quasi statuam Mercuriâlem, quæ ad sublimiora aditum eminens ostendat, viamque tot salebris asperam, facili manu ductione complanet. Quod Zoilis dictum velim, qui febricitantis instar stomachi quotidianos cibos fastidiunt, & que

quæ nova inventione gustum fallere non possunt, alto supercilio contemnunt. Vale in Domino!

Huc pertinet

TABULA UNIVERSALIS.

*Explanatio Tabulæ Universalis
quoad nonnullos terminos.*


I.

PARS PRIOR de Moralitate in abstracto explicabitur occasione *tabellæ specialis*, adeoque ad secundam partem descendo, ubi agitur de *Moralitate in CONCRETO*. Quid vero sibi vult terminus *in concreto*? Idem ac Moralitatem non in sua indole *sejuncta ab omni subjecto*, sed quatenus imbibitur jam in *suis speciebus JURE & OFFICIO.*


2. *JUS & officium differunt. JUS enim*

TABULA UNIVERSALIS.

in Abstracto
& vocatur Do-
ctrina Morum,
terminosque
explicando
secundum qua-
tuor causas



ETHICA
ab ἠθῶς
MORA-
LIA con-
siderat
VEL



proximi. Vid. Tabulam specialem.

Fontes primigenios.

universi

Jura {
parentum &
liberorum
conjugum
Domini & Servi
in constitutione

utilia {
Regimine
universalia
quæ tractat
Jus P. univers.

vel particularia
Formam Civitatis,

Domus {
conjugum
parentum & liberorum,
Domini & Servi.

ipse
Civitatis {
Imperans {
ἑαυτοῦ μὲνος {
Consules
Judices
Ministri,
subditus
eorumque variæ
Species,

en
qu
tic
R
ca
fu
c
c
t
H
C
H
t
t
t

108

enim est, quod *licet* & *oportet*, officium, quod *oportet*, idque tùm *rigidiori* obligatione per legem, tùm *laxiori* per *Consilium* Rationis.

3. PRINCIPIA Juris altissima explicat *Jurispr. Universalis*, quam tibi oculis subjecimus. Terminos etiam ibi explicatos invenies. De *statu naturali* unice monuerim, [qua voce centies utor,] ut status PRÆCISUS ab OPPOSITO probe discriminetur. Ille est, qui hominem ut *hominem* considerat, tanq. ζῶον πολιτικόν, societati natum, DEO & sibi, PRÆSCINDENDO, num in statu OPPOSITO degat, an *domo*, an *civitate*. Status *naturalis oppositus* nobis est, qui opponitur *ascititia*, domui scilicet & civitati. In quo homines considerantur *ut aequales*, & miseri futuri, ni statum mutent, quod in perpetua HOSTILITATE ob *malitiam hominum* vivendum sit, quanq. status hostilis & status

tus naturalis *non coincidunt*, ut vellet *Hobbesius*; quatenus sc. omnia in omnes jus & positivam aggressoriam Hostilitatem significat.

4. Jura RESTRICTIORA pro *ob-jecto* habent species status diversas. *Naturalem* illum, quem oppositum voco, [voca etiam discriminis causâ miserum,] & *Ascititium*. In naturali consideratur homo, quâ *equalitatem*; Moderamen tutelæ, defensionis necessitatem, pace belloque, quomodo *illam* nutrire, *hoc* restinguere possit, *quid illi in hostem liceat* &c. Hunc statum in superiori tractatu plerumque intelligimus, si de *summis imperantibus* sermo sit, qui in statu Naturali & *preciso* & *opposito* invicem vivunt, ejusque jura exercent.

5. *Ascititius* status vocatur, qui alias personas sibi *certa lege modoque* adjungit, ut in *domo* conjugem, liberos, servos. Poterant adjungi *domuum juncturae*, vici, pagi,

pagi. Sed ad Politicam ista pertinent, ut mox dicam. Nec *quæ* illa variat *speciem juris*, ut nec in *civitate* variatur, plus minusve sit concivium.

6. At in DOMO *Moraliter* multâ in considerationem veniunt, partim JURA, quæ invicem exerceri debent; partim Officia. JURA, inquam, & hæc immiscuimus nostræ tractationi. Potest considerari *Forma* domus regendæ, ipsumque Regimen, quoad utilia, cum *utilitatem* Oeconomia respiciat. Verum enim vero, cum *specialius illa jura* descendant, quam ut connecti cum principiis altissimis necessum sit, fieri posset, ut in Oeconomix disciplinâ hodiè nimis neglectâ, (da wir doch alle wollen Hausleute werden / und manchem besser wäre / er ließ andere spitzfündige Disciplinen dafür fahren /) altera pars jura explicaret, altera *formam*, & quæ conducunt *ipsius scopo*.

Ll

7. Civ-

7. *Civitas* non impari modo spectatur. tum quoad *jura* quæ ibi exercentur, tum quæ *formam* civitatis & Regiminis, tum quæ *conducunt* singulis formis optimæque reipublicæ, quæ institutionem, quæ correctionem. Quantum *jura* attinet, ea sunt vel universalia vel specialia. *Universalia* Jus civitatis in genere & præcise continent, *quid regi, quid subditis liceat, & justum sit.* His magnam partem sui operis *opplevit Grotius, & post eum Puffendorfius.* Sed ad peculiarem disciplinam, cujus non semel memini, hæc talia revocari deberent, quod vocant *Jus publicum Universale.* Cl. Huberus initium fecit hujus rei Libris 3. de JURE CIVITATIS, quibus speciatim & uberius eà jura, quæ civitatem concernunt, explicat, non adductis generalioribus *citra necessitatem.* Nitidiorem verò operam orbis eruditus, expectat ab *acutissimo Jcto & Polyhistore nostro Dn. D. Hertio.*

uir, cui *Deus*, ut ad alia egregiæ Eruditionis monumenta, ita & hunc laborem *vi-res largiatur & annos*. Hoc modo *expeditus* Disciplinae & comptius tractabuntur. Jura civitatis vel *publica* sunt alicujus civitatis vel *privata*. *Illius* exemplum habemus *in jure Romani Imperii* publico. *Hoc privatum* est, magis *privatum & privatissimum*. *Primi* exemplum habes *in jure Romano Civili*. *Istius* *in jure Provinciali*, *hujus* *in jure statuario Municipiorum*. Quæ formam & commoda concernunt, ad Politicam spectant, cujus una pars **ARCHITECTONICA**, Essentiam civitatis, altera, utpote **RECTORIA**, modum Regiminis explicat, & quid singulis formis, quid morbis rerumpubl. conducat, se-juncto à *juribus*, ut oportet, *studio*, edisserit. Specimen insignis Politicæ edidit modò *laudatus* *Dn. D. Hertius*, *Juris Antecessor*.

8. Hæc de JURIBUS. Alius labor de OFFICIIS, quæ si universalia sint, inque statu naturali *præciso* ab homine versus hominem exercentur, ægre à *juribus* avelluntur, cum quæ *licent & præcipiuntur*, in ordine ad societatem humanam *fororiorum nexu* sibi invicem implicentur; ut propterea etiam superior tractatio *officia juribus* misceat. Imò ubi jura, hoc est, *δικαιώματα* propriè defunt, *mera officia* tractentur, ut Sectione I. Part. II. de *Religione Naturali*, quod propterea alii ad *Theologiam Moralem* naturalem referrent. Multa tamen intersperguntur de eo, quod *ius est*, hoc est, LICET, quod *Juri affine est*. Eccur verò hoc non liceat, [quicquid sit de rationibus eorum, qui mera jura versus alium in Jurispr. universali velent recenseri;] cùm & *Magnus Grotius* passim de virtutibus & officiis loquatur, quæ *jura* propriè non sunt, & in *Theologia morali*, parte secunda, quæ tractat de

CHARITATE *versus proximum*, passim, quamvis more scripturario explanentur. Nec opinor, consilio succensebit, qui uno loco sine multis oberrationibus, quicquid est fontium Juris & officiorum adipisci mallet.

9. Vel maximè autem *officia universalis* complectuntur, quicquid est *virtutis & debiti*, quo versus alios *tùm* ratione, *cùm* Lege devincimur, quod pensum absolvere deberet *Ethica Specialis*, aut quomodocunque adpellares, quatenus à contemplatione Moralitatis abstractæ, descenderet, ad elucidationem officiorum & virtutum. *Hæ* sunt, quæ intus hominem perficiunt, *quæ* mentem, *quæ* passiones, *quæ* corpus. **ILLA**, *quæ proximum concernunt*, ex honestatis non tantum, sed & præcepti incitamento. Quorum *virtutes transeuntes referantur*, & actus, qui Justitia *tùm* universali *tùm* particulari continentur. *In superioribus hæc in-*

terspersa fuere, quod unum ab alio, virtus ab officio, officium à juribus avelli commode non posset, & quod *Lectori* meo gratum officium, ni fallor, exhibere studuerim.

10. *Tandem*, quæ in domo & civitate versantur OFFICIA & virtutes, magno numero spatioque diffunduntur, atque optandum foret, ut nonnemo eruditorum id laboris suscipere, sanè gloriosi dignaretur, qui iusto ordine officia statûs ascititii lepidè digereret, præcepta titulis suis subnecteret, omniaque ex fontibus indicatis valido ratiocinio derivaret. Sic Rex, Princeps, Consul, Judex, Officialis, civis, artifex, parentes, liberi, servi, & quicquid est, munerum conditionumque tam in familia, quàm domo, suas in ejusmodi codice virtutes, honores & vitia legeret, saltem ii, qui non tumultuaria rerum moralium cognitione lætantur, sed *πραξις* virtutum, quarum commendationibus Ecclesia,

fia,
ho
ex
dir
un
ful
no
run
da
g
tu
ha
&

sia, curia, aula, & nullus non honestorum
 hominum conventus perstreperere solet,
 ex principiis solidis accersere, inque or-
 dinem redactas & discere & imitari gesti-
 unt. Quod utique melius longè & con-
 sultius foret, quàm *si per mille adhuc an-
 nos elumbes illæ undecim virtutes*, [qua-
 rum ordine nominibusque servatis qui-
 dam docti operam ludere videntur,] in-
 genia juventutis cum spe oblivionis ob-
 undant. A limine tantum salutavi ist-
 hanc Morum institutionem, reliqua do-
 ctior me, cum tempus rosas tulerit,
 specialissimæ Ethicæ *Εθικῆς*
 discutiet.

Huc pertinet

TABULA SPECIALIS.

LI 4

DE-

DEFINITIO,

Ad

*Cujus filium Termini in tabella
occurrentes explicantur.*

Actio moralis est a-
ctio [*vel omissio actioni equi-
pollens*] à libero arbitrio
profecta, & obligationi
ex Lege vel ratione sub-
stans, quæ ad præmium
vel poenam imputatur.

(a) Est

ACTIO.

I.

IN corporeis motus est actio; Anima
vero tota est actus; ex actu fluunt a-
ctiones, h. e. animæ specificationes ex suis
obje-

objectis, ut sol modo indurare, modo liquefacee dicitur, nulla *mutatione interna*. Propterea difficilem obtrudunt notionem, qui mentem hominis ut *potentiam* considerant, cum sit *actus limpidissimus*.

2. Ut DEUS in materia, ita *anima in corpore* est principium motus. *Omnis enim materia iners*. Solus Spiritus movet, nec movetur; *Alia vero materia tardior ad motum, ut corpus, ossa; alia celerior, ut spiritus animales, vitales*.

3. Actio vel est *immanens vel transfrens*. *ILLA* interius latet, & cogitatione absolvitur, *HÆC* transit, in corporis membra, actiones; actus vocant *imperatos bosce*, illos verò elicitos.

4. *Omissioni* Actio in moralibus *equipollet*. Nam & qui omittit, peccat, si *agere* substat præcepto. Illa autem *omissio* vel simpliciter celebratur, vel *introductione actus Heterogenei*, ejusque

vel indifferentis, vel *vetiti*, v. gr. Labor in Sabbatho. Dico *Æquipollet*, hoc est, Tantidem habetur, v. gr. qui *occidentem non impedit*, pro homicida judicatur.

(B) a

LIBERO ARBITRIO.

AD liberum arbitrium requiritur INTELLECTUS & VOLUNTAS, quas facultates vocant, quarum *illa* in VERUM *essentialiter*, HÆC in bonum fertur.

2. INTELLECTUS lumine suo *præfulget* actionibus, & facem præfert *rationis*, quæ si valeat, dignas homine actiones homo procreat, si *obtundatur* & dormiat, *trivis consonæ* & *αλόγως*.

3. Adeoque non *cæto* impetu fertur agens morale, sed *lucido* ex scientia rei, quam agit, *æaque* vel circa *nudas Veritates* occupatur, vel circa ea, quæ ad *πεᾶξω* inclinant, & *indole sua* ordinantur.

4. *Viri*

4. *Veritates* apprehendit intellectus vel solâ *Ideâ*, & primæ mentis operationem vocant Logici, vel *ideas componit*, & secundam, vel ex duabus compositionibus *tertiam* elicit & *συλλογισμὸν* appellant.

5. Circa *πραξιὸν* intellectûs vel *ordinat* media ad finem & *Prudentia*, vel actus *submittit* suo regimini, & *dielamen* vocatur *rerum agendarum*. Illa proportionem mediorum ad finem in puncto **UTILIS**, hoc actionum in ordine ad se ipsum respicit in puncto *Honesti*.

6. **SCIENTIÆ** opponitur *Ignorantia*, **CARENTIA** *Ideæ non omnis semper*, sed *ad rem pertinentis*. Eaque est vel *vincibilis* vel *invincibilis*. Illa deponi posset vel *summa* vel *mediocri* diligentia, Hæc **SECUS**. Unde quod ex ignorantia fit, *actio humana* non est, sed *hominis*, nec imputatur.

7. **INTELLECTUI** *tatus claudit* *Voluntas*, quæ est *pondus animi in bonum* in veri-

veritate ostensum. Verbo AMOR BONI, ejusque actiones à lumine pendent intellectûs, qui si cœcutiat, *ambo cadunt in foſſeam.*

8. De ejus effentia est INDIFFERENTIA, licet non ſemper *ſpecificationis*, inter malum & bonum tamen *contradictionis*; nec cogi poteſt. Velle enim & cogi *σιδηρόζυλεν* eſt. Cogitur tamen *in actibus imperatis*, vel, ut melius loquar, *impediuntur* actus externi, quos ad eſſe *voluiſſet*, dato muſculis moventibus ſigno.

9. LIBERTAS illa minuitur *metu* impendentis mali, quod ſi inevitabile exiſtat, in actibus *αινόμοις* veniam habet; Aliàs quod *ſummum malum* eligi poterat, nunquam voluntas in minori malo deſuiſſe intelligitur. ILLA *ſpecificationis* minuitur pravis habitibus, quos vel *peccatum originis*, vel vitioſa *educatio* inſevit.

10. Si

10. Si junctis operis conspirent *Intellectus & voluntas*, Liberum arbitrium salutant, ut **SCIENTER** agas, & non-agere **POSSE** judicaris.

(γ)

PROFECTA.

1.

PER INFLUXUM scil. *intellectus & voluntatis*, vel internum, vel apparentem. **APPARENS** ex signis agnoscitur, in mali repugnantia, aversione, fuga. Si *interius* complaceat, *ὕπνωσιν* salutant.

2. *Influxus* aut mediatè fit aut immediate. *Immediate*, quatenus actio physica, sive actus imperatus à voluntatis imperio incitatus malum perpetrat. *Mediate*, dum aliorum Ministerio, Jussu, tacurnitate, consilio, & aliis modis.

3. Actiones *sine influxu* patratæ, *coactioni* subjacent, quæ Moralitatem expellit,

pellit, ut injectio thuris violenta per coactionem apud Veteres Christianos, &c.

(δ) Et

OBLIGATIONI.

I.

OBLIGATIO est *necessitas aliquid agendi vel omittendi*, eaque vel *stricta* & inevitabilis ex lege, vel *laxior* ex honestate seu virtute.

2. **VIRTUS** duplicem habet significationem, vel **GENERALEM**, si comprehendit etiam ea, quæ Legi subjacent, eique vel Divinæ, naturali aut positivæ, vel humanæ, quod iterum dupliciter accidit, ut modo sit *jus*, modo *officium*. Vel **SPECIALEM**, quatenus Jus non fundat, sed officium ex consilio rationis profectum.

3. **CONSILIUM** illud vel meris argumentis (λόγους) nititur, vel etiam πνεύματι, quales Amor & Charitas, quam contem-
plor,

plor, tùm naturaliter, ut *πρωτῶν Φύσεως*, in matre erga filium, fratris erga sororem, mariti versus conjugem, hominis erga hominem sibi simile; tùm *supernaturaliter*, ut *ἐνέργημα* Sp. S. & fidei. Hæc omnibus rebus & actionibus se immiscet, & primæ etiam tabulæ officii palmam præripit, cum vulgato Theologorum verberbio, prima secundæ, quæ Amorem proximi inculcat, inserviat. Sed supernaturalia in naturalibus non observantur, etsi hæc eò *manuducant*.

4. *Amor* & naturalis & supernaturalis non semper obligationem strictam invehunt *actus in individuo*, ejusque modi. Ut ut enim amare homines & instinctus & socialitatis Lex injungat, nihilominus testimonia Amoris, v. gr. per Eleemosynam & Eleemosynæ **QUANTUM**, consilio & virtute, non *jure* reguntur; Nulla enim lex est, si centum ducatos possides, *eroga decem*. Sic ut hostis sit aman-

amandus, Lex quidem divina vehementius injungit, perfectionis in homine studiosa, sed *NEC natura* prohibet, sed *laudat*, si tui compos etiam hosti ignoscas, & si nocere non possit, beneficiis animum emollias, nec **RIGIDO** *semper jure tuo* utaris, memor ex socialitatis lege, *reconciliationis*.

5. Illa *obligatio* obstringit **PERSO-**
NAM, (nam obligatio propriâ nomenclatione est *personarum*,) ad actus qui sunt suapte natura *vel à diâ φοροι, vel moralitate* imbuti *intrinseca*. **ILLI** extrinsecus morem accipiunt à lege, objecto, circumstantiis, fine; Hi *absente lege* ad rationem nostram collati Moralitate gaudent. Quæ? **HONESTATE**, & opposita turpitudine, *que duplex*. Alia enim meram *Laudabilitatem* & oppositum vituperium habent, ut tamen nihil intersit societatis, utrum agas an non; nec *jus detur vindicandi* actiones, ut *gratitudo*

titudo & ingratitude. Ut enim ingratitude animos sæpe irriter, non semper hoc accidit, nec societatem evertit. ALIA verò taliter comparata sunt, ut actus illi societatem hominum tollant aut constituent, urgente animi HORRORE, pudore, & ex opposito *pondere* quodam *inevitabili*, v. gr. *Homicidium, Justitia.* ET HÆC SUNT MATERIA Legis naturæ. Esto vero *notitiam legis*, h. e. *Superioris* nondum adesse, actus tamen illi vel læta vel invita ratione fiunt, quam argumentum *societatis* & instinctuum *vis* comprimit, ne illos actus vel prosequi vel odisse queat. Et hæc est decantata *Moralitas interna* in Grotio, non pulsanda arietibus, sed roboranda.



(E)

LEGIS.

1.

LEGIS consideratio in magna spatia extenditur. Et spectari potest vel in *abstracto*, vel in *concreto*. IBI legis in genere natura, officium, divisiones, effectus ponderatur. HIC species legum; v. gr. Naturalis, divina, humana.

2. LEGIS UT SIC, sive in abstracto natura est, quod sit *Jussus Superioris inferiorum ad aliquid agendum vel omittendum obligans*. Alii pro genere hujus definitionis, dictamen, decretum & quid non substituunt, nos hic minutias non sectamur, sed *Ideas terminorum*.

3. Non *omnis Jussus* obligat, nam & *pares* aliquid jubent, quod in alterius arbitrio situm est, *an agere velit*. Sic etiam *consilium* jussus est. Sed sponte illud

huc sequimur vel omittimus. *Ratio*, quia lex non est, seu jussus à SUPERIORE, Consilio tamen inesse potest, aut *vicinia legis*, aut *lex ipsa*; v. gr. In consilio Medici continetur *Lex: Serva te ipsum*.

4, Est jussus SUPERIORIS. Ergo *superior* requiritur *ejusque cognitio*, si aliquid vetetur vel præcipiatur. *Unde discitur*, quod omnia argumenta, quibus officia & jura naturæ inculcantur, Legis rationem nondum nacta sint, nisi accesserit *notio Superioris*, qui solus DEUS. Hinc Atheistæ præcepta naturæ servant, ut *officia rationis suæ* calculo & instinctu comprobata, non *ut leges*.

5. Est jussus SUPERIORIS ut TALIS, hoc est, qui Superioritatis suæ *ἀξίωμα* exercere in *inferiorem velit*, propterea additur *inferiorem obligans*, id est, necessitatem imponens inevitabilem, *nisi Superiorem ledere velit*. Unde verò Superioritatis illa vis *derivanda* sit, disce-

ptant eruditi. Certum est non rectè ab *ὑπεροχῇ* sola & *excellentiâ* virtutum, non à *potentia irresistibili*, ut volebat *Hobbesius*, sed melius à *beneficio creationis derivari*, quando de divinis fermo est. Cùm enim **NIHIL** *simus è nobis*, nec momentum vel vivere vel moveri queamus citra **DEI** *dependentiam intimam*. Justissimum est, quin Superioritate in nos gaudeat, quam *excutere velle*, esset in vetus **NIHILUM** relabi. In **HUMANIS** Superioritas è pacto & dispoſitione hominum ipsorum originem trahit, *cum opinione*, **DEUM** id velle & exequi, *sine quo finis creativnis*, i. e. *Societas hominum rationalis* obtineri non potest. Qui *finis* in hac mortalium malitia obtineri nequit citra *Superiorem imperantem*, vel Magistratum, in domo sit vel civitate.

6. **OBLIGAT.** Ergo non *in arbitrio* ponit, ut in *consiliis* solet & *suasione*.

7. Ad

7. Ad aliquid faciendum vel omit-
tendum, ut intelligas, non substantias,
sed substantiarum *actiones* & *motus* sub
imperio esse, non *Habitus* ipsos, qui ex
actionum repetitione oriri solent.

8. Dividitur in *naturalem* & *positi-
viam*. Vel in *divinam* & *humanam*.
Illa, vel *naturalis* est, sive melius neces-
saria, vel *positiva*. *Hæc* semper *positiva*.
PRIOR *necessaria* est, quæ materiam
habet, de qua th, 5. (d) de *Obligat.* & pro-
pterea nec à **DEO**, naturæ conditore e-
verti potest. *Repugnat enim* præcipere
agenti rationali, quod *rationi est adver-
sum*. **HÆC** à voluntate ortum trahit,
& habet pro materia τοῦ ἀδιάφορου.

9. Lex **NECESSARIA** iterum du-
pliciter dividitur, vel enim est *naturalis*,
vel *moralis*. Per illam Legem *naturæ*
extantis intelligo, per hanc *Decalogum*,
non quod **DECALOGUS** non sit *Lex*
naturalis; Adami enim pectus in inte-

gritate tabulas ejus perfectissimè continebat, sed *quod plus* jam præcipiat, quàm Lex naturalis *de facto* & agnoscit & vetat, v. gr. *concupiscentiam*. Quamvis enim Lex naturæ de facto agnoscat *malè* fieri, si quæ non licent, *cupiamus tamen*, Horrorem tamen non sentit, nec foeditatem latentis concupiscentiæ agnoscit, qua corruptionis medulla est, vis *aversionis* à DEO ejusque odium, fons omnis peccati, *facinus* omni poena dignissimum.

10. LEX NATURALIS verè lex est, non *habitus*, non *potentia* tantum & *facilitas* quædam officia illa & jura λογισµοῖς eruendi. Urgemus τὸ γεαπλὸν. Rom. 2. Vid. *Huberus* in *Digress.* & nos *alibi*.

11. PRÆCO legis naturalis est *Conscientia*, quæ vox à Scholasticis orta, civitate jam gaudet disciplinæ moralis, nihilque significat aliud ex *conscientia agere*, quam *scire QUID AGAS*, & *experiri*,

riri, si agas conformiter illi scientiæ, *Te bene*, si difformiter, *te malè* agere. Est igitur *dictamen mentis* sive imperium, quo impellimur ad aliquid agendum vel omittendum *ex persuasione*, id rectum, h. e. Rationi consonum esse, & quod sæpius fit, *id velle Superiorem*.

12. Conscientia igitur *triplex* officium habet, *Legislatoris, testis & Judicis*, ut patet ex Syllogismo. Quicumque proximum odio habet, [& sic de reliquis legibus omnibus;] ille malè agit, [vel contra imperium DEI, vel Magistratus, vel rectam rationem.] *Atqui tu*, fodes, ipse tu proximum odio habes, *Ergo malè agis*. *Major* est lex, undecunque demum sumatur, modò pro lege agnoscatur. *Minor* est testimonium de seipso, & *conclusio* est iudicium.

13. Verum enim verò, cùm conscientia non *nuda speculatione* officium faciat, sed urgeat conscium *molestis cogitationibus*,

bus, si moretur aliquid agere, vel jam *pertraxit*. Unde *Doctoris* officium facit, seu lenius *monitoris*, postea vero *carnificis*. Illa antecedens, hæc consequens vocatur, *ob ordinem facti*. Carnificina autem illa & tormentum est *digitus DEI in homine*, malleus legis, radius & pondus vindicis, qui calcari opus suum, naturam suam & ordinem fert indignissime.

14. Porro conscientia ut est *scientia*, dividi solet in certam, dubiam, probabilem & scrupulosam. *Certa* est, quæ perspectam habet veritatem evidenter, *Dubia* est, quæ inter rationes *pro & contra* fluctuat, qua durante, quicquid agas, peccas. Rom. XIV. vers. ultim. *Probabilis* est, quæ rationes plausibiles habet sed non evidentes. Alia vero probabilitas desumitur à rationibus *internis*, rei inhærentibus, alia *externis*, autoritate statuentium. Sic dijudicatur improbabili-

babilitas opposita. Tandem *scrupulosa* vocatur, quæ rationes dubitandi habet, sed non prægnantes.

Doctrina hac de conscientia, ejusque regula, infinitis paginis, apud Moralistas examinantur, quæ prosequi omnesque terminorum minutias explicare nostri non est instituti.

15. Redeo ad *Legem Naturæ*, quæ suapte natura est *indispensabilis*; secus *Positiva*. Quid *DISPENSATIO*, quid *interpretatio* legis? *Dispensatio* est actus Legislatoris seu Superioris, qui *durante lege* quosdam casus eximit & personas pro auctoritate, qui casus & actus aliâs *Lege* fuissent prohibiti. *Interpretatio* est actus judicis, qui verba legis latius sive strictius sonantia ita exponit, ut, cum casus ad verba rigidè sumpta dijudicatus *equitatem naturalem* violaret, sensum mitiget ex *PRÆSUMTA voluntate* Legislato-

M m §

ris,

vis, v. gr. Dispensatio est Legis, Nemo civitate excedito, postea Titius & Sempronius excipiantur. *Interpretatio legis* est, v. g. in Sabbato ne labores; Si dicas quod opera *charitatis* non contineantur illâ lege, nec enim id præsumitur, voluisse Legislator DEUS.

16. *Positiva* Lex Divina vel *Universalis*, vel *Particularis*. UNIVERSALIS toti humano generi data est, ut præceptum de conjugio unius maris cum una uxore. *Particularis*, quæ certis subjectis, ut circumcisio, Lex forensis & ceremonialis.

17. LEX HUMANA exclusivè ad legem DEI & naturæ, quàm interpretari solet, & in plures conclusiones necessarias diducere, *Positiva* merè est, obligat *tamen in conscientia*, si Divinæ non sit contraria ob *scopum* societatis humanæ, & si superior imperandi jus habeat.

18. SAN-

18. SANCTIO Legis vocatur ejus *appendix*, quâ morigeris *præmia* proponuntur, sed refractariis, *pœna*. HÆC non illa legibus necessariò cohæret, idque vel *expressis* terminis, vel tacito intellectu; v. gr. *Sanctio morte morieris expressa est*, sed inobedientia in DEI Legem naturalem oppidò secum *persuasivonem* trahit, violationem summi imperii & sanctissimi, impunè non ferendam esse,

19. EFFECTUS legis aut *ius* est aut *officium*. ILLUD vel meram agendi licentiam *silentio*, aut *positiva permissione* legis introducit, cum jure ne aliunde impediri possim, vel *facultatem*, ut *Grotius* vocat, jure *positivo aliquid* patrandi, v. g. cædere hostem. OFFICIUM significat actionem aut omissionem imperio injunctam; Ut: *Summ cuiuslibet tribuere, Neminem ladere.*

20. OB-

20. OBJECTUM legis sunt actiones *interna*, *externa*, vel *utrumque*. Nec *nisi flexibiles* per libertatem. Nam actus necessarii non subjacent legi, nisi in *causa*; v. gr. Concoctio stomachi impediri potest, *ne edam*, minus si jam comederim. Adeoque nec *inevitabiles*. Hinc *ἀξιώματα*, *Nemo obligatur ad impossibile*, & *in se*, & *in sua causa*. Nam impossibile in se, quod possibile erat in causa, sub obligationem cadit, ut *solutio debitoris per prodigalitatem emuncti*.

21. EXTERNÆ vel *motus* sunt corporis, aut motuum *modi*. Utrumque simul ex subjecti conditione varias leges accipit, vel ex *statu*, vel *munere* suscepto vel aliunde, quæ res, infinitis modis vari-

ant,



(?) Et

(2) Et

RATIONIS.

(Substans.)

I.
RATIO ingens beneficium quò homines sumus, SEIPSA actiones moderatur ut *Regula*. Nec enim dictamina rationis legis indolem semper induunt.

2. Ratio actionibus invigilat, quarum necessariam secum convenientiam vel disconvenientiam agnoscit. λογικῶς enim aliquid fit aut ἀλόγως.

3. Nec dictando *libidinem* suam sequitur RATIO, sed adpetitum VERI *congenitum*, & à DEO *Summo Vero* impressum. Quid ergò mirum, si *vitia* aversetur & *virtuosa* prosequatur, etiam ut RATIO, veri indagatrix, cum vitia intrinsecè talia ultimato resolvantur, in *contradictionem*; v. gr. Blasphemare DEum

con-

contradictio est. DEUS enim Summum Bonum est, summè igitur Amabile, at blasphematio dicit *calumniam*, est increpatio rei malæ & aversionis plenissimæ, quod Chimæricum esse nemo non videt. Et hæc talia horret, abominatur, econtrà actus, *vero summo* consonos, amat, amplectitur, injungit RATIO.

4. Distinximus *legem à consilio*, ubi deficit Superior, adest *consilium*; Etiam *in ratione*, sed duplex *consilium*: unum quod sollicitam dicit impressionem, injunctionem, addito horrore contrarii & aversatione, ut nihil in flagitationibus illis desit ad Imperium, quàm *cognitio Superioris*. Et tale consilium est in Ratione circa *actus*, qui intrinsecè boni vel mali, h. e. si mali fuerint, *intrinsecam* secum ferant *contradictionem*, v. gr. Læsis fidei, adulterium, injustitia, *si boni intrinsecam* cum Summo Bono, quod *verius*

rius, vel cum socialitate hominis, quod *planius dicitur, CONNEXIONEM.*

5. Sed & aliud est consilium, quod quidem circa laudabilia versatur, sed *quæ nihil parumve intersit societatis*, fiant vel non, an des decem thaleros, vel quinque Eleemosynam, an decem uxores ducas *successivè*, an unâ contentus sis. *Laudabilius* tamen habetur, si *decem* des thaleros, & *unâ* sis contentus. Cedò hujus rei rationem? Ea hæc est, quod *virtuti* propius accedant actus isti sc *Liberalitati* & *continentia*. Sed iterum recurrit quæstio, cur *liberalitas* & *continentia* sunt *virtutes*? **QUIA** propius hoc modo acceditur *ad assimilationem Summi Boni*. **AIS.** Unde hoc agnoscitur? Oportet enim, ut virtus ipsa quid boni habeat, ut *agnoscat ratio*, eam in **DEO** esse. **HIC,**
 „ ne in circulum semper abeamus, ad 1^o
 „ **PER SE NOTUM** & *instinctum* ra-
 „ tionis tandem *recurrendum* est.
 Nem.

33 Nempe statui debet, in *agnoscendis*
 33 hisce Rationem *nullam sentire difficul-*
 33 *tatem*, potius ad opposita *renitentiam*.
 33 Adhærescere *assensui*, quietem & tran-
 33 quillitatem; *dissensui*, *molestiam*. Ita
 33 vides, MI HOMO, quod ad SUM-
 33 MUM VERUM omnia redeant, à
 33 *cujus influxu ratio pendet*, Ejusque *fe-*
 33 *lices operationes*.

6. *Consilio POSTERIORI* non adhæ-
 ret *patranda necessitas*. Vix altissimum
 hujus rei *principium*. Explico. DEUS,
 quæ non præcepit, *libertati permisit*, ita
 quidem, ut *perfectius* & *perfectius* optioni
 nostræ subjiciatur, cum *tacito* tamen nisu
 ad *perfectius*, & imperfectioris *opprobrio*.
 Quo fit, ut imperfectius adepti, aliqua-
 lem *nostræ nauseam* contrahamus, perfe-
 ctissimum Ens eò ardentius quæsituri:
Adepti verò *perfectius*, *letemur in bono*,
 sed velut in exigua luce, *majoris indigi*.
 Id est: *Ut Tu*, mi DEUS, *solus sis verus*,
lumi-

luminosus, perfectus, & perfectissimus;
 Omnis autem homo MENDAX.

7. Interim **RATIO** officiis suis defungitur. (a) *Illuminat* per principia altissima, quæ non tam *invenit* quærendo, sed *adipiscitur* nascendo, irradiante **VERO** eternitatis. Etiam per *conclusiones*, quæ per *λογισμὸς* inde eliciuntur.

8. (β) **CONSULIT** & *injungit*, ut modo dictum, & (γ) *determinat* seipsam & voluntatem ad prosecutionem agniti veri & boni, quod fit *decidendo* *veritatem*, præsertim ambiguum hætenus, inventis argumentis & detectis & *impletendo* Bonitatem, quæ vel realis est vel fictitia. *Hæc* specie sua imponit, ut peccatum, fucato boni sensibilis colore amictum. Illa oritur ex *συμφωνία* cum Ratione, Lege, Fine Summo & ultimo, apud quem Regularis & Rationalis **ACTIO** naturâ suâ collimat.

Nn

9. AU-

9. **AUTORITAS** Rationis summa, *cum* in **DECIDENDO**. Nam hic sola regnat. Reliquæ facultates cæcæ hoc solo lumine gaudent : *tum* in **JUBENDO**. Etsi enim obsequium detrectent reliquæ facultates, hoc tamen fit cum sensu *interna exprobrationis*, secuturâ sapissimè facti *pœnitentia*. Et quantâ obsecro, Majestate munitur, cum *nihil prodendum* magis æstimet homo, quam *alexys* aliquid patrassè. Summa autem *autoritas* afflatur, si Legislatorius ille character ex *deprehensione voluntatis* **SUMMÆ** imprimatur.

10. Sed etiam **MISERA** est; non tantum *defectu cultura*, sed etiam *natura* suâ, prout nunc est. Quandoquidem in *speculativa*, ne obvia quidem se intelligere, & cogitationibus licet acutissimis complecti se posse conqueritur, ut in *doctrina de spiritibus* probatum dedimus; in *Practicis*, quanta dubiorum nube invol-

vitur? In cuius rei argumentum hoc unice adduxerim, quod pugnantibus inter se rationibus difficulter punctum Justitiæ inveniat, sed *æquitatis* præsidio, h. e. Judiciis de æquo & bono se consoletur, v. gr. *Jure gentium voluntario*,

(7) Quæ ad

PRÆMIUM vel POE- NAM,

I.

Premium est commodum, quod obedientia assequitur; Ejus *promissio* non omni lege adhærescit. *Nulli* competit naturâ sua. Sic licet homo perfectus legem perfectissimam servasset, naturaliter illi non competisset *δικαίωμα* & *πράξις* ad mercedem.

2. *Conjectura* tamen subnascitur, Deum remunerari eos, qui suæ legi obsequuntur. Cum ipsa Lex & obsequium

N^o 2 *sint*

sint via ad SUMMUM BONUM,
 quod etiam de Lege civili dixerim, cujus
 obedientia peculiari præmio non indiget,
 cum obediendo *salus publica* civitatis, sic &
singulorum promoveatur,

3. *Aliter* se res habet cum *sanctione pœ-*
nali, quæ nisi expresse addatur, cuivis *le-*
gi tacitè includitur. Nam dicis gratia
 darentur leges, si *impunè transgredi li-*
ceret.

4. POENA est *malum* passionis pro
 malo actionis. Sed etiam actiones
 pœnæ possunt esse, sed considerantur
 non *ut actiones,* sed ut *passiones,* hoc
 est ut actiones MOLESTÆ,
 quales *opera pu-*
blice.



(A) IMPROB.

(0)

IMPUTATUR.

IMPUTATIONIS fundamentum est *Influxus* Liberi arbitrii in actionem. Ergo actiones, furioso, dormienti, ignorantii invincibiliter non imputantur.

2. Imputationis *Materia* sunt actiones, quæ & Meo sunt sub *dominio*, & sub *consilio*. Sub dominio MEO sunt actiones meæ propriæ, corporis animique motus, & subjectæ v. gr. infantis, servi. Sub *consilio*, sunt *aliene*. CONSILIUM autem celebratur *sudendo*, *incitando*, non *vetando*, non *aperiendo*, non *impediendo*. Influere enim concipitur, qui juvit, tacuit, nullum obicem posuit.

3. Hac de causa distinguunt autores in causam *Physicam* & *Moralem*. *ILLA* influit vel *immediata* actione, vel *mediata* per applicationem eorum, ex quibus operatio naturalis sponte sequitur, ut appli-

plicatio funis sulphurati ad pulverem pyrium *secuturo incendio.* *Moralis* est, quæ *negativè & positivè* promovet actum alterius. **NEGATIVE**, non manifestando, non impediendo. **POSITIVE** jubendo, suadendo; Exinde oritur, ut facinoris, ita poenarum **COMMUNICATIO.**

FINIS

APPENDICIS.

DEO, ut Sanctitati & VERI-
TATI Summæ sit Laus
& GLORIA!



